





SERENISSIMO

AC

POTENTISSIMO,

FERDINANDO  
III.

REGI HUNGARIÆ  
&c.

ARCHIDUCI AVSTRIÆ, &c.  
D. Nostro Clementissimo.



VANTA esse so-  
leat filiorum ter-  
ræ cura & indu-  
stria, in conqui-  
rendis, & eruen-  
dis perituris huius vitæ THE-  
SAVRIS, nemo est qui non  
videat. Maria sulcant, pericula  
adeunt, terræ viscera riman-  
tur, & ipsam vitam longè dul-

EPISTOLA

cissimam, & animam, Christi sanguine partam, spe lucelli alicuius sæpe prodigunt, vt non immerito Poeta exclamet:

*Quid non mortalia per  
tota cogis*

*Auri sacra fames, & dira  
cupido.*

Serenissime Rex Domine Clementissime, ecce alium **THESAVRVM** proferimus, à quo nemo, si modo possidendi illius desiderio ferueat, arceatur, **THESAVRVM**, inquam, Mariani habitus, qui possessorem suum beat, & ad Cælestis vitæ thesaurum acquirendum, confert plurimum. Sed nihil tam sacrum, nihil tam sanctum, quod ab æmulis non impugnetur, ab vnis ex malitia, ab alteris ex ignorantia: illud ab Hæreticis, hoc à Catholicis, & sæpe

DEDICATORIA.

sæpe sine culpa, ex zelo, sed sine scientia factitari solet. His si veritas ostendatur, acquiescunt. Alij, ergo sapientiores, sacri huius Theauri, Mariani inquam habitus, splendorem, dignitatem, & excellentiam agnoscentes, eum sui iuris esse volunt. Inter quos primo loco recensendus Augustissimus, & Inuictissimus Imperator FERDINANDVS II. Pijssimus Patrons TVVS, cum Augustissima Imperatrice ELEONORA, quos pone Regiam Maiestatem TVAM è Paterni sanguinis, & pietatis ex asse heredem collocamus, qui eadem Mariana veste, plusquam quibuscumque cimelijs sanctè superbis. Et quo affectu Maiestates Sux Confraternitatem sacri Scapularis prosequantur, testatum



## EPISTOLA

facit, quod cum sæpe aliàs, nuperrimè etiam, in festo Commemorationis solemnisi Dei-  
paræ Virginis de monte Carmelo, 16. Julij celebrari solito, processioni, & sacro missæ officio interesse, & mensis pauperum Religiosorum accumbere non dedignatæ fuerint. Recensendi essent alij Reges, Duces, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Patri-  
cij, cum Ecclesiastici tum sæculares, necnon vtriusque sexus promiscuum sine numero vulgus, qui maximo cum animarum suarum solatio & emolumento, habitū hunc sacrū deferunt, & albo Cōfraternitatis, per Italiam, Germaniā, Hispaniā, Galliam, Flandriā, Poloniā, & vbi cumque Carmeli nomen innotuit, nomina de-  
de-

## DEDICATORIA.

derunt. Quorum vt deuotio  
crescat, & confirmetur: æmu-  
lorum verò, vel proteruia, vel  
ignorantia retundatur, & e-  
uellatur: exiguo hoc libello  
Confraternitatis B. Mariæ de  
Monte Carmelo originem,  
confirmationem, priuilegia,  
indulgentias, miracula refere-  
mus & stabiliemus: adiectis pijs  
exercitijs, quibus B. Virginis  
Carmelitanæ sodales ad nor-  
mam Matris, & Patronæ suæ  
vitam moresque componant  
& referant. Hunc autem libel-  
lum Regiæ Maiestati Tuæ in-  
scribere volumus, non vt o-  
pusculo tam exili, innumera  
M.<sup>tis</sup> Tuæ in Ord. nostrū be-  
neficia remetiamur, sed vt splē-  
didissima nominis Tui Regij  
umbra protectus, ab æmulo-  
rum morsibus sit tutior & Reip.  
publi-

EPISTOLA

publicæ Christianæ utilior.  
Cui, vt Regiam Maieſtatem  
Tuam cum tota Domo Au-  
ſtriaca in annos quàm pluri-  
mos ſeruet incolumem, Deum  
Opt. Max. Diuamque Virgi-  
nem Carmeli Patronam ſpe-  
cialem enixè rogare ac inter-  
ponere pergemus. Vale Sere-  
niſſime Rex, noſque inter fide-  
les ſeruos ac clientes Tuæ  
Maieſtatis reponc. Coloniae  
Auguſti 16. Anno 1627.

*Sereniſ.<sup>ma</sup> M.<sup>ti</sup> Tuæ.*

*Humillimi in Chriſto ſerui  
FF. Carmelita Diſcalceati  
Conuentus Calarienſis.*

## FACULTAS

R. P. Prouincialis <sup>9</sup>Carmelitarum  
Discalceatorum per Ger-  
maniam.

**E**GO Fr. Ioannes Maria à sancto  
Iosepho, Prouincialis Carme-  
litarum Discalceatorum, potestate  
ab admodum R. P. Matthia à S.  
Francisco eorumdem Carmelita-  
rum Discalceatorum Præposito  
Generali ad id mihi concessa,  
T H E S A V R V M Carmelitarum,  
à R. P. Cypriano à sancta Maria,  
Ordinis nostri Religioso composi-  
tum, typis in lucem vulgari per-  
mitto. In cuius rei fidem hoc testi-  
monium Chirographo sigilloque  
nostro munitum dedi. Coloniz  
die 29. Iulij Anno Domini 1627.

Fr. IOANNES MARIA à  
S. Ioseph, Prouincialis.

---

*APPROBATIO.*

**S**piritualis hic Fratrum Carme-  
litarum **T H E S A V R V S** à R. P.  
**C Y P R E A N O** à S. Maria Carmelita  
Discalceato compositus, vt glorio-  
sissimæ Virginis B. Mariæ nomen,  
honorque maiori deuotione à plu-  
ribus celebretur, vtiliter in lucem  
proferetur. Scriptum Coloniz die  
4. Augusti. M. DC. XXVII.

*Henr. Francken Sierstorpsffius*  
*SS. Theol. D. Gymn. Lauren-*  
*tiani Regens, Librorum*  
*Censor.*

POTESTAS

*Bibliopola facta à R. P. Prouin-*  
*ciali Carmelitarum Discal-*  
*ceatorum Ger-*  
*maniae.*

**C**VM diplomate sacrae Cae-  
sareae Maiestatis FERDI-  
NANDI II. semper Augusti,  
omnibus & singulis Typogra-  
phis, bibliopolis, &c. serio in-  
hibeatur, ne quis libros à no-  
stris Patribus Carmelitis Di-  
scalceatis editos, vel in pos-  
terum edendos, vel eosdem  
ab alijs hominibus in diuersas  
lingua translatos aut in com-  
pendium redactos, intra sacri  
Romani Imperij Regnorum-  
que & Dominiorum suae sa-  
crae Cæsareae Maiestatis her-  
redita-

**reditariorum Fines, simili vel alio characteris genere, vel forma, siue in toto siue in parte, excudere vel recudere, aut alio excudendos vel recudendos mittere, aut alibi etiam impressos, seu recusos adducere, vendere vel distrahere, clam seu palam, sine facultate Prouincialis nostri Ordinis pro tempore existentis in scriptis habenda, sub pœna confiscationis omnium librorum, & alijs grauioribus, audeat vel præsumat: Tenore præsentium facultatem concedimus**  
**D. BERNARDO GVALTHERO** Bibliopolæ, & Ciui Colonienfi, vt typis mandare valeat **THESAURVM Carmelitarum**, à R. P. Fr. **CYPRIANO** à Sancta Maria, Ordinis nostri Religioso compositum,

fitum. In quorum fidem præs-  
sentibus manu propria sub-  
scriptis officij nostri sigillum  
subimprimi curauimus. Das-  
tum Coloniae die 14. Augusti  
1627.

*Fr. Ioannes Maria à S.  
Ioseph. Prouin-  
cialis.*





---

INDEX THESAURI  
CARMELITARVM.

- Cap. I. De origine sacri Ordinis  
Carmelitici. pag. 1
- II. De progressu sacri Ordinis  
Carmelitarum. pag. 21
- III. De amore speciali B. Virgini  
Maria erga sacrum Car-  
melitarum Ordinem, pag. 28
- IV. De Origine & principio  
sacri Scapularis. 34
- V. Ostenditur hanc B. Simo-  
nis reuelationem fuisse diui-  
nam. p. 40
- VI. Sacrum Scapulare non tã-  
tum Religiosis Carmelitis est  
proprium, sed alijs etiam Con-  
fratribus quibus legitime di-  
stribuitur. p. 57
- VII. Idem vltcrius comproba-  
tur. p. 65
- VIII. Explicantur verba B. Vir-  
ginis

## INDEX.

*ginis Maria ex revelatione B.  
Simonis. p.* 71

- IX.**      *Explicantur alia verba : in  
quo quis moriens æternū  
non patietur incendium. p.*  
82.
- X.**        *Explicantur amplius ea-  
dem verba. pag.* 96
- XI.**      *Proponuntur aliquot dubia  
circa prædicta verba & resol-  
uuntur p.* 106
- XII.**     *Hac veritas nonnullis mi-  
raculis ostenditur. p.* 121
- XIII.**    *Explicantur alio sensu  
prædicta verba : In quo quis  
moriens & c. p.* 126
- XIV.**    *Explicantur alia verba, ni-  
mirum: Ecce signum salutis. p.*  
133
- XV.**      *Explicantur sequētia ver-  
ba revelationis nimirum salus  
in periculis. p.* 147
- XVI.**     *Explicantur vltima verba  
revelationis : fœdus pacis, &  
pacti sempiterni. p.* 163

## INDEX.

- XVII.** De priuilegijs & beneficijs  
sacri Scapularis in particula-  
ri, ac primo de primo priuile-  
gio bulla sabbatina ut vocant.  
pag. 168
- XVIII.** Proponitur dubium & re-  
soluitur de bulla sabbatina. 183
- XIX.** Annotantur nonnulla ex  
dictis precedenti capite. 199
- XX.** De alio beneficio sacri Sca-  
pularis, videlicet, de commu-  
nicatione meritorum & bono-  
rum operum. p. 206
- XXI.** Resoluuntur quadam dubia  
pag. 213
- XXII.** De Indulgentijs Confrat-  
ernitatis. p. 225
- XXIII.** De conditionibus & obli-  
gationibus requisitis ab ijs qui  
sacrū Scapulare habent. p. 253
- XXIV.** Resoluuntur nonnulla du-  
bia circa factum Scapulare.  
pag. 279
- Recapitulatio breuis eorū  
omnium que supra dicta sunt.  
p. 290
- IN-

# INDEX.

---

## INDEX 2. P. DE EXERCITIA.

- Cap. I. *Exercitia propria Confratrum B. Virginis de mōte Carmelo. pag.* 313
- II. *In quo consistant exercitia Confratrum. p.* 315
- III. *De exercitio virtutis fidei ad exemplum B. Virginis. pag.* 318
- IV. *De virtutis spei exercitio ad normam B. Virginis. pag.* 324.
- V. *De exercitio charitatis ad normam B. Virginis. p.* 330
- VI. *De obedientia virtute ad exemplum B. Virginis. pag.* 341
- VII. *De exercitio puritatis seu castitatis ad normam B. Virg. pag.* 463
- VIII. *De paupertatis virtute ad exerc*

## INDEX.

*exemplum beatae Virginis. p.*

352

**IX.**

*De virtute humilitatis ad  
norman beatae Virginis. pag.*

357

**X,**

*De exercitio patientia ad  
norman beatae Virginis. pag.*

364.

**XI.**

*De exercitio deuotionis in  
rebus diuinis ad norman B.  
Virginis. pag.*

370

Finis Indicis primi Ex-  
ercitij.



INDEX

## INDEX.

---

### INDEX SECUNDI EX- ercitij.

- Cap. I. *Quale sit exercitiij genus,  
& qualiter à prædicto distin-  
guatur? pag. 389*
- II. *Quid summo mane à Confrat-  
ribus agendum? p. 390*
- III. *Quid agendum inter ve-  
stiendum se? p. 293*
- IV. *Quid agendum Confrat-  
ribus postquam induiti fue-  
rint? p. 397*
- V. *Quomodo se gerendum  
tempore sacri? p. 399*
- VI. *Modus recitandi Rosarium.  
pag. 404*
- VII. *De modo deuotè communi-  
candi. 406*
- VIII. *De refectiōe corporali. p.  
422.*
- IX. *Quid post refectiōem a-  
gendum? p. 423.*  
*Quid*

## INDEX.

<i>Quid ad vesperum vsq<sup>3</sup> praestandum? p.</i>	425
<i>Quid sub vesperum resumendum? p.</i>	424
<i>Quid ante somnū peragendam?</i>	425
<i>Quid in capiendo somno obseruandum. p.</i>	428
<i>Oratio ad Angelum custodem. p.</i>	429
<i>Litania de nomine Iesu p.</i>	430
<i>Litania B. Mariae Virginis. pag.</i>	435
<i>Litania S. Ioseph. &amp; c.</i>	438



*Auctoris ad Beneuolum Lectorem premonitio.*

**P**lacuit ēper, beneuole Lector, summoq; in pretio habita fuit germana, & sincera antiquitas: ē cōtra verò nouitas vt plurimū leuis & inanis damnata non immeritò fuit. Hinc illud Iustini Martyris aduersus philosophū; *Si quis nostrorū Patrum rationes ignorans eos reprehendit, peior est idiotis qui quæ nesciūt nunquā arguūt; si scit veritatem & eā damnat, pessimus.* Nō importunè hoc S. Martyris Criticū aduersùs quosdam nostri tēporis neotericos, vel dicā neophitos vsurpare mihi liceret, sunt enim nonnulla, qui ultra crepidā, vt dicitur, audētes, sancta Maiorum instituta ore satis insolenti carpere, & apud vulgus incusare non erubescunt: prò Deus! ad quæ tēpora delabimur! nimirū, vt vitrū rubro tinctum colore; si oculis obuersetur, eum ipsum colorē in obiectis quæ deinceps iustitiam ficta specie ementitur; non aliter  
prou.



prout plerique animo male affecti  
sunt, his temporibus iudicant po-  
tissimum, & petulanter garrunt,  
& nihil rectum, nisi quod placuit, sibi  
ducunt. Quapropter, benevole Le-  
ctor, cum in hoc libello sacræ no-  
stræ antiquitatis monumentū ali-  
quod nimirū confraternitatē B. V.  
Mariæ de monte Carmelo tibi pro-  
ponere statuerim, velim planè non  
innouatoris personam, induas, sed  
sani, & æqui Iudicis. Adeoque te  
consulem, & illud D. Gregor. inter  
Græcos Theologi tibi suggerā, *visi-  
tata ne spernas, nouitatem ne captes*:  
Enimvero si singula ratione meti-  
ris factū antiquitatis probabis. Pa-  
rū moror, vel moueor, ne scio, quo-  
rundā dictis & delyrijs, qui dictæ  
Confraternitatis inscij, vel etiā in-  
sipidi, multa dixerint, quæ nullo  
capite vel etiā cōprobare possint;  
Ex quo leues se potius, & imperitos  
ostendunt, cū tamen sapientum sibi  
nomen, sed immerito, quantum ad  
hoc, vsurpent. Verūtamē quia neq;  
à na-

à naturæ genio, neque à Religionis ingenio, & spiritu, quæ regis pacifici filia pacem omnimodâ inquirat, doctus sim verbis digladiari; simpliciter & sine verborum furo didicæ Confraternitatis veritatem tibi ostendam. Adeo ut mi Lector æquitatis oculum ad ea quæ profero si velis, afferre: sperem nec de nihilo, te in hac causâ æquû meo labori, ac fauentem fore. Fateor equidê in rem multis difficultatum scopulis, iam pridem prætextâ incidi: sed hûc animi conatû feruoremque calami, præter obedientiæ iura, honor Matris meæ S. Religioni Carmelitanae, & inuicta veritas imperarunt. Ideoq; dignus ego tandê omniû minimus, & qui nō sum dignus vocari Carmelita, dignus, inquâ, cuius primigenius labor æqui boniq; fiat, & feruor vel Religionis zelus, si quis in decursu fuerit, omnis benignè concedatur. Vale, & Deum Opt. Max pro me exora.

Cor-

---

# Contenta totius operis.

1. *Thesaurus Carmelitarum, quo statuitur & stabilitur Confraternitas sacri Scapularis B. Virginis Mariae de Monte Carmelo, varijs testimonijs, Pontificijs diplomatibus, argumentis, & rationibus altius repetitis.*

2. *Exercitia propria Confratrum praefati Scapularis in duas partes divisae.*

*In prima parte, proponitur imitatio B. Virginis Mariae, eiusq; virtutum praxis Confratribus aperitur.*

*In secunda parte describitur quotidiana quadam omnium operum & actionum ad eiusdem Virginis normam & exemplum directio Confratribus propria, adiectis nonnullis precatiunculis, Litanijs, hisq; similibus.*



T H E S A V R V S

C A R M E L I T A -

R V M,

*sive*

DE CONFRA TERNI-  
tate sacri Scapularis B.<sup>ma</sup> Vir-  
ginis Mariæ de Monte  
Carmelo.

C A P V T P R I M V M.

*De Origine sacri Ordinis Carmelitici.*



C T V R I breui sty-  
lo, & rudi, vt aiunt,  
minerua, de sacrâ  
B: Virginis Mariæ  
de Monte Carmelo  
Confraternitate, non absre visum  
est, si aliquid de ipso sacro Ordine  
raptim præmitteremus. Cùm enim  
hæc sacra Confraternitas sit velut

A

riuu-

riuulus quidam Carmeli; quidni de fonte ipso limpidissimo tantillum aquæ primoribus saltem labijs prælibandæ offeremus? sic enim fiet, vt fontis bonitate & excellentia præcognita, nullo modo displiceat riuulus.

Atqui vt exordiamur, anno ante Saluatoris nostri I E S V Christi natiuitatē nonagesimo, circiterq; trigesimo, Elias propheta clarissimus in Carmelo Syriæ monte, quē cultu suo, & animi zelo, tanto parente digno illustrauit; prima Monastici Instituti fundamenta iecit, satis apertè hoc colligitur ex scripturis sacris, pluribus in locis, ac præsertim 4. Reg c 1. & 2. Vbi postquā peculiari DEI mandato, dictus propheta primogenitum suū & ex asse, paternæ laudis hæredem Eliseū, ex agricultura assumptum sibi sociauit plurimos alios præsertim in Bethel & Ericho, ex elsū & singulare vitæ genus affectantes, qui prophetarum filij

filij dicebantur, in primæuo illo agmine fuisse annumeratos, sacra demonstrent elogia; qui tandem simul iuncti in monte Carmelo, cū iā curru igneo Elias propheta raptus esset domum eius velut in Oratorij modum ruditer efformātes, pijs & sanctis exercitijs vacantes, Carmeliticæ Ordinis primordia, disciplinā quidem rudiore, iam ab Elia propheta inchoata altius foderunt.

Totum hoc satis indicant verba illa Ecclesiastici, dicta de Sancto <sup>c. 48.</sup> propheta Elia, nimirum, *Prophetas facis successores post te:* per prophetas, licet à quibusdam S. propheta Eliseus intelligatur, qui ab Elia velut hæreditarius succëssor fuit constitutus, intelliguntur tamen à nōnullis, viri Deum in hymnis, & cantibus spiritualibus laudantes, operāque & studiū omne vitæ solitariæ nauātes, Eliæ prophetæ successores. Insuper monasticæ vitæ instituta dedisse, & inchoasse S. Prophetam

Eliam, docent sancti Patres, alijque grauisissimi authores imò in suis bullis asserunt & determināt varij Pontifices Ecclesiæ catholicæ. Ex sanctis patribus hoc planè attestatur S. Hieronymus varijs in locis, ac præsertim in epistola ad Paulinum, vbi ait, de monachis mentionem faciens. *Noster Princeps est Elias, noster Eliseus, nostri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula propè fluentia Iordanis.* hætenus ille. Imò in vita S. Onuphrij asserit eum fuisse monachum in religione S. Prophetæ Eliæ.

Idem cum sancto Hieronymo ait sanctus Ambrosius in epistola ad Vercellenses. Sanctus Gregorius Nazianzenus in oratione de pauperum amore S. Athanas. in vita sancti Antonij. S. Isydorus libro quinto cap. decimo quinto. Sanctus Cyrillus ad Eusebium : Sanctus Bernardus in epistola ad fratres de monte

DEI,

CARMELITARVM 5  
DEI, & alij quamplurimi Sancti  
Patres.

Ex alijs Auctoribus nimis prolixum foret omnes recensere, quos optimè annotauit Reuerendus pater noster Thomas à IESU in quodam libro quem de antiquitate Ordinis Carmelitici edidit. Sufficiat in præfenti quinque vel sex assignare, ac imprimis Cassianus libro primo cap. secundo. Sophronius sancti Hieronymi discipulus in prato spiritali capite secundo. Genebrardus in Chronol. lib. primo: Trithemius capite tertio de laudibus Carmelitarum: Molanus in suo Martyrologio die decima septima Iulij: Thomas VValdensis de sacramentalibus titulo nono cap. 89. quod opus postea à Martino quinto summo Pontifice, & simul à congregatione Cardinalium fuit approbatum. Nuper verò Bellarminus de Monachis libro secundo cap. quinto, & Canisius libro primo de



corruptelis cap. 2. idem planè afferunt, Carmelitici ordinis originem ab Elia duci. horum omnium verba non refero, ne prolixior in hoc libello fiam.

Iam verò ex summis Pontificibus plurimi fuere, qui varijs bullis sanctum Prophetam Eliam Ordinis Carmelitici fundatorẽ declararunt ad hoc, vt populo Christiano magis hoc innotesceret: quippe cù ad eò tempora & ætates hominum antecedant hæc sancta Religio, fit vt illius primum fundatorem plurimi ignorent.

In primis Sixti IV. in bulla, quæ incipit *dum attentâ meditatioe pensamus: data Romæ, anno 1477.* Verba referam. *dum attentâ, inquit, meditatione pensamus, quod gloriosissima DEI genitrix Virgo Maria, produxit sacrum Ordinem Beatae Mariae de monte Carmelo, quem eiusdem Virginis Mariae speciali titulo voluit insigniri, vt ob eiusdem Virginis Mariae rene-*  
*ren-*

CARMELITARVM. 7

rentiam Ordo ipse à Christi fidelibus per amplius veneraretur, ac ordinem ipsum, & eius singulares personas, inter ceteros regularium Ordinum Professores in firmanento Catholicae fidei militantes; tanquam religionis speculum, & exemplar, speciali charitate fulgentes, sanctorumque Prophetarum, Eliae, & Elisei & aliorum sanctorum Patrum qui montem sanctum Carmeli, iuxta fontem Eliae habitaverunt, successionem hereditariam tenentes &c. Vbi diligentè annotanda sunt hæc verba: ( *successionem hereditariam tenentes* : ) posset enim nobis quispiam obijcere prædicta alia testimonia insinuare quidè sanctissimū prophetā Eliā adumbrasse & inchoasse institutū religionis monasticæ, sed hoc in communi, ideoq; nec sequitur quod nos ipsi simus qui à Propheta Elia specialiter originē trahamus: sed æquè oēs Religiosi & monachi trahant: Huic obiectioni præterquā quod Deo fauete in alio

quodam opere satisfacturi simus; in præfenti tamen solis præcitati Pontificis verbis innixi satisfaciemus, ne ultra id, quod nobis proposuimus in hoc libello, diuagemur. Dicit supradictus pontifex, quòd successionem hereditariam Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei teneant Carmelitæ dicant nobis, quicumque aliter sentiunt, cur primò summus Pontifex specialiter nobis Eliam attribuit successionem? Vel specialiter ab Elia descendimus, vel nobiscum æquè omnes aliæ Religiones; si primùm dicatur, intentum habemus; si secundùm cur hic nulla mentioni Carmelitarum?

Respondebit fortassè quispiam, quia hæc bulla datur in Carmelitarum fauorem, ideoque nec mirum est, quod hic potius de Carmelitis, quàm de alijs Ordinibus agatur.

Ad hoc respondemus, si hæc ratio & responsio vera est: cur in alijs  
bul-

CARMEITARVM.

bullis Pontificijs, cùm de alijs Ordinibus agitur, & eorum fundatoribus, nulla fit mentio, quod sancti Prophetæ Eliæ successionem teneant? Non igitur repetenda ratio huius dicti pontificij aliunde, nisi ab eo, quod verum sit, idemque statuat & sequatur Veritatis Pontifex & Christi Vicarius, nimirum quod Carmelitæ successionem propriam & paternam à sancto propheta Elia teneant.

Secundò dicit præfatus Pontifex non solum quod Carmelitæ successionem teneant ab Elia: sed aliud addit, nempe, *hereditariam successionem*. Si hæreditarij sunt Carmelitæ sancti Prophetæ Eliæ, igitur specialis imè & proprijsimè ab eo originem trahunt, suntque ij, qui ab Elia instituti perseverant. patet hoc ex *l. quoties 9. §. heredes*. Cum enim hæres siue hæreditarius filius succedat in ius parentis, profectò si iuxta mentem Pontificis Carmelitæ sint

Eliaë Hæreditarij successores consequenter in ius illius successerunt; quod aliud esse non potest nisi monasticæ vitæ rudior quædam disciplina & zelus, quo zelatus est pro Domino DEO exercituum; Ex quo colligimus, specialissimè Carmelitas ab Elia descendere. Enimverò cum ius hæreditarium commune non sit omnibus, sed quibusdam speciale & proprium: consequenter fit, vt Carmelitæ specialiter & propriè ab Elia descendant, qui in illius ius hæreditarium successerint; quod necesse est asserere, cum iuxta Pontificis mentem hæreditarij successores declarentur. Nec nobis satisfacient, quicumque dixerint, latò modo hæc præcitati Pontificis verba esse accipienda, ita vt in communi tantùm modo Carmelitas ab Elia descendere possimus elicere.

Non, inquam, nobis satisfacient, eiusmodi hominam glossæ: arbitramur

C A R M E L I T A N U M. II

mur enim & pro certo habemus, Pontifices summos dum in suis bullis pontificijs aliquid declarant, cū omni verborum proprietate loqui, proindeque accipienda esse verba prout sonant, iuxta id quod Doctores aiunt; nec quidquam interserūt prædicti Pontifices, quod sine sufficienti discussione non sit ponderatum: proinde facessant tales glossæ & similes, quæ Pontificum grauisimis auctoritatibus & solidissimis definitionibus aliquid derogare videntur, maneatque Carmelitas iuxta præcitatum diploma Pontificium ab Elia specialiter & propriè descendere.

Idem & fermè iisdem verbis declararūt Ioānes vigesimus secundus, Iulius Tertius, Alexander Quintus, Gregorius Decimus tertius, & Sixtus Quintus, ex quibus duo postremi, videlicet Gregorius decimus tertius in quodam breui nobis cōcesso anno 1584. cuius initiū est,

*Vt Breuiarij;* & Sixtus quintus, anno  
 1587 in alio breui, quod incipit;  
*Eximii.* Facultatem proprio motu  
 facit, officium peragendi, de sancto  
 Propheta Elia, sub titulo Fundato-  
 ris & Institutoris Ordinis Carme-  
 litici. quod totum nuper sacra ri-  
 tum Congregatio sua approbatio-  
 ne renouauit anno 1609. prout ex  
 officio nostrorum sanctorum li-  
 quet. Ex quibus validissimum eli-  
 cimus argumentum in hunc modum:  
 per Apostolicæ sedis decretum cum  
 Cardinalium consilio cautum est,  
 vt ordo Carmeliticus officium reci-  
 tet de sancto Propheta Elia sub no-  
 mine Patroni sui, igitur firmissime  
 tenendum est certitudine plus quam  
 morali, quod Carmelitæ originem  
 ducant à sancto Propheta Elia. E-  
 nim uero cum hic de patrono vniuer-  
 sæ ac approbatæ Religionis agitur  
 toti Ecclesiæ Catholice proponen-  
 do: illud sine sufficienti discussione  
 & fundamento Veritatis à sede A-  
 posto:

postolicâ non fuit decretum: licet enim tale decretum videatur religioni speciali fuisse propositum; cû tamen illa religio sit approbata, & toti Ecclesiæ, vt via ad perfectionē proposita; ex consequenti videtur decretum illud vniuersam Ecclesiam concernere. Quare sicut in ijs, quæ totam Ecclesiam concernunt, vt in approbatione Sanctorumque Canonizatione Apostolica sedes errare nequit: ita, tametsi paulò minori certitudine & firmitate asserendum videtur, in declaratione Patroni alicuius Religionis errare nō posse; Cû enim hoc maximè ad mores conducatur, & ad Religiosorum eundem Ordinem profitentium perfectionem; quippe qui normam & exemplar sui fundatoris sequi debeant, si instituto suo ad vitam æternam conducenti correspondere velint: reliquum est, sine fundamento loqui, qui contrarium sentire præsumpserit.



*Polyd.  
lib. 1.*

Fuit igitur sacer Ordo Carmelit-  
tarum sub Principe Elia institutus:  
primique eius athletæ fuere filij  
Prophetarû, qui in monte Carmelo  
singularem viuendi modum & so-  
litarium, continuo sibi succedentes,  
produxerunt, vtque ad salutiferum  
Christi Dømini aduentum; varijs  
exercitijs spiritualibus, & bonis o-  
peribus incumbentes.

*Thom.  
Vvald.  
Ioseph.  
c. 12.*

Postquam verò sacra Penteco-  
stes die, Apostoli spiritu sancto af-  
flati fuissent, ad montem Carmeli  
pèrtingentes Euangelicæ veritatis  
doctrinâ eos imbuerunt, & ad per-  
fectiorem fidem, & præstantiorem  
vitæ rationem traduxerunt quo  
tempore ipsi Carmelitæ è monte  
Carmelo, varias colonias deduxe-  
runt, per vniuersam fere Galilæam,  
Sâmariam, Palæstinam, eorumque  
alij incoluere Alexandriæ nemora,  
alij verò Palestinæ: & hæc fuere a-  
liorum, quotquot nascuntur; insti-  
tutorum, limina & seminaria.

Fide

Fide igitur Euangelicâ exornato Carmelo, filij tanti patris, quo tandem loci dicatum antea, meritisimo Duci peruetustum sacellû prominuit, recens Deiparæ consecrarunt, quæ illos viuens non semel, præsentia gratiâ quam sanctissimè affecerat: primi què fuere, qui sacellum B. Virgini dedicarunt.

Series igitur longa sub ijs Institûtis, post fidem Euangelicâ, & pijs exercitijs excurrit. Verumtâmen calidissimus serpens, qui pridem Adæ paradisum inuiderat, operosa illa sanctissimaq; otia nostri Carmeli exolus, Cosdroa Syriam occupâte, defæuientes eo Persas adëgit, ac lachrymabili môtè Vastitate detriuit, Sacra latè oratoria & cellula populata, solo què fuere adæquata, Eremicolæ verò ferro traditi sùnt; mixtusque est suorû sanguine fons Eliæ. Sed quid profuit suis actibus & venenis infernalis anguis? nihil profecto, eius iacta

*Ar-  
mech.  
apud  
VVald.*

*Trith.  
6.7.*

iacta truculentiae femina progenuere, nisi multorum millium Martyrum gloriosa roseta? Vt enim scribit noster S. Cyrillus, ab anno 610. vsque ad annum 1250. gladijs impiorum occubuerunt in illis partibus, ex monachis Carmeli, centum quadraginta millia Martyrum.

Non tamen occubuit ordo Carmeli: sicut enim mons Carmeli est feracissimus inter omnes montes Syriae ita hic ordo mirum in modum secundum spirituales prolem ferax fuit: quidni enim foret, cum secundum spiritum, mortuum mundo & eius voluptatibus semen terrae intulerit? si enim semen cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affert, ut ait ipsa veritas. Exigitur de causa, per idem tempus sepe pullulabat hic ordo, & nouam prolem producebat Immo aemulatae viros mulieres, & seueriorem Carmeli

CARMELITARVM. 17

meli disciplinam edoctæ, incredibilem illi addidère ornatum, ac in primis in Oriente sancta Eugenia quæ piè sexum mentita inter Eliæ consecratos mirè peruixit, ijsque tandem erumpens plurimarum Monialium effecta est generosa parens, Alexandria primo, deinde Romæ, ubi martyrio est coronata: in Occidente verò nulla prior, quæ eadē sancta Eugenia, ex Alexandria enim Romam veniens, virgines docuit sacris concludere peristylijs. Verum & ipsæ etiam illo tempore summopere hostiles infectiones, & barbariem sunt perpessæ.

Anno millesimo centesimo vigesimo (Deo annuente) Hierosolymis, Antiochenus Patriarcha, & Apostolicæ sedis à latere legatus, Aimericus, inclinatum Carmelū peramicè suffulcit; & nostri Ordinis Viros tot Barbarorum truculentis incursionibus & persecutionibus  
territos.

territos & lōgè lateque disitos reuocauit; & quamquam vna psallere nondum tamen vna conuiuere assuetos communi clausit domicilio & ad vitam transtulit suauiore: & hæc fuit plurimis errandi causa, præsertim Baronio, qui Aimericū, velut Carmelitici Ordinis fundatorē, suis libris, licet inquam minus probabiliter, & sine sufficienti inquisitione descripserunt.

Tunc temporis obseruabant Carmelitæ pro regulâ, Institutionem, quam à Ioanne Hierosolymorum Patriarcha, qui antea Carmeli gregarius fuerat, efflagitante Caprasio acceperant: anno verò M. C. LXX. vel circiter, petiere ab Alberto Patriarcha nouam, ac magis compendiosam vitæ formulam sibi tradi; illa enim Ioānis supra nominati institutio nimis fusim & implexè multa continebat. Acceperūt igitur à præstantissimo viro perbreuem illam, quæ nunc viget, & numeris  
omni-

omnibus absolutam regulam anno  
 millesimo centesimo septuagesimo  
 primo, Lateranensi nedum acto cō- *Anto-*  
 cilio, à quo postea, & ab Honorio *nin. 3 P*  
 tertio suam obtinuit firmitatē, anno *Hist.*  
 nimirum millesimo ducentesimo *tit. 20,*  
 decimo sexto, tertio calendas febr. *c. 54*  
 nec absque miraculo: dubitatī enim *Vincē.*  
 Pontifici, an datis de confirmatio- *lib. 31.*  
 ne libellis annueret, Virgo Deipara *c. 123.*  
 per visum adstitit, his verbis eum *Bergō.*  
 allocuta: *Nec est, ait, aduersandum* *in sup̄*  
*in his dum iubeo, nec dissimulandum* *plem.*  
*dum promoueo.* Deinde paulò post, *lib. 13.*  
 nonnullos, qui petentibus aduersa- *Cassa-*  
 bantur, emortuos in pœnam testa- *nens.*  
 ta est. *p. cons.*

Vnde Præfatus Pontifex Patri- *Paulus*  
 archa Alberti regulam cōfirmavit, *Móri 2.*  
 quod patet expressè ex eius bulla, *gio de*  
 quæ incipit. Nos normā vestrā vi- *orig.*  
 uendi regulariter ab Alberto Pa- *Reliq.*  
 triarcha traditam &c. Datum Ro- *c. 30.*  
 mæ anno Domini 1616. 3. Calend. *Paleon.*  
 Ian. Pontificatus nostri Anno. I. *l. 3, c. 50.*

Pōstea

Postea Gregorius IX. referens hanc confirmationem Honorij III. denuo ipse Alberti Regulam approbavit, vt constat ex bulla quæ incipit ex officij nostri debito.

Hæc eadem Alberti Regula ante Honorium III. fuit confirmata ab Innocentio III. sic expresse asserit Nauclerus tom. 2. chronicæ generatione 14. vbi sic habet tempore Innocentij III. Albertus Patriarcha labentem in Syria religionem restituere conatus Carmeli montis incolas fratres disciplinæ regula exercuit. quæ regula tunc Romæ probata est. Sentit idem Trithem. cap. 4. de laud. Carmel. Ille scas: in vita Innocentij III Carolus cap. in commentarijs ad authenticam. Eadem postmodum fuit confirmata & declarata ab Innocentio IV. anno 1248. Pontificatus suo anno 5. Qui plura super hoc desiderat videat P. Noltrum Thomam à Iesu in regulam par 2. dub. 3.

## CAPVT II.

*De progressu sacri Ordinis Carmelitarum.*

CVM igitur Carmelitæ sub hac regulâ Deo Opt. Max. strenuè & viriliter militarent, ex alia vero parte Barbarorum rabies non desineret, immo indies millenis iniurijs, & excursionibus Saracenorum agitarétur, ita vt pijs exercitijs suis, & assuetis contemplationibus diuinis vacare nequirent coactum est concilium generale ad montem Carmelum, ac ibi de imminentibus Ordini vniuerso extremis casibus actum est. Tandem communibus suffragijs statutum, vt relictis illis locis, nonnulli in Europam commigrarent, quod nostro sancto Cy- *Ano*  
 rillo diuinitus prænunciatum fuit, *nal.*  
 qui ab augustissimâ Virgine Maria *Carm.*  
 transituram rescivit ad Europæ *l. 3. c. 5.*  
 partes,



partes, monasticam Palestinæ coronam, Carmelitasque augendos ibi numero productiore. Eo igitur tempore in Cyprium aliquot, atque Angliam traiecere, in ijsque prima extracta sunt cœnobia Carmelitarum, mox peruasit ad Gallias disciplina eadem, per Ludouicum Regem, qui Carmelum inuiserat, paucis è monte in eum finem aductis.

Verùm continuò per Palæstinā Saracenorum & Maurorum rabie debacchante, excusis tandem sunt penitus monasticæ sedes, ab illis impijs desertusque est ex toto, illis cogentibus, Carmelus anno millesimo ducentesimo nonagesimo, tum si quos gladius Impiorum præterijt, ad Europæ Cœnobia commigrare.

Postquàm igitur in Europam venerunt Carmelitæ: dictu mirum quanto feruore & zelo spiritus, monasteria varia, & cœnobia in diuersis

fis

CARMELITARVM 23  
fis prouincijs & regionibus erexere,  
quodque magis laudi est vertendū,  
autam obseruantiam, & paternum  
uiuendi modum, quem prius in  
Carmelo hauserant, mirum in mo-  
dum excoluere. Vnde plurimi Ath-  
letæ ex hoc ordine laboribus varijs  
exantlatis, emanarunt in Europæ  
partibus, quemadmodum ante  
in tota Palæstina & locis vicinis  
extitere. ex hoc numero fuere san-  
ctus Albertus, S. Angelus, S. An-  
dreas Fesulanus S. Petrus Tho-  
mas, S. Simon, S. Gerardus S. Auer-  
tanus: & alij multi.

Anno demum millesimo qua-  
dringentesimo trigesimo primo  
collectis in comitia fratribus, pro-  
pter nonnullas tum temporis ra-  
tiones (subinde enim rerum status  
& temporum varietas, prudenter  
aliquid suadent, quod alias pro-  
hibent) supplicari summo Ponti-  
fici, pro nouæ regulæ moderatione  
decre-

decretum est; quamobrem leniuit instituti rigorem Eugenius IV. & in eâ mitigatione Carmelitæ deinceps constitere.

Anno 1561. Deus Opt. Max. qui suorum iuuentutem instar Aquilæ renouat, ad instaurandum Carmeli robur, eximiâ sanctitate Virginem TERESIAM A IESU, cælesti spiritu afflatam excitauit, quæ pristinâ Alberti regulam, primum sibi, mox Virginum cætibus, postremò duobus ex Carmelitis, quos mitigatos vocant, proposuit strenuè recolendum: horum Patrum alter Antonius à Iesu, alter Ioannes à Cruce, vterque sanctitate illustris, vltimus miraculis etiam clarus, in natali Hispaniæ solo prope Abulam, antiquiori Carmelo nouissima dedere fundamenta.

Nec mirandum est, si hæc reformatio Carmeli à muliere initia duxerit, per hoc enim opus DEI fuisse colligitur, quemadmodum  
benè

## CARMELITARVM 23

ibenè monet S. Paulus : *Videte, ait, Vocationem vestram, fratres quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit DEVS, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.* Haftenus ille.

Rebus igitur in eum modum à Deo Optimo Maximo destinatis, incepit Carmeli pristinus rigor: & vt à Carmelitis mitigatis discriminarentur ij, qui pristinam Alberti regulam amplectuntur, vocati sunt Carmelitæ Discalceati.

Cum ergo recens hæc reformatio per totam Hispaniam mirificè sese diffunderet, & multi in odorem vnguentorum eius currebant, disciplinæ seueritate suauitati spiritali mixtâ, dulcissimos animabus afferendo fructus, Princeps

Roma, illa diu carere non potuit: si enim olim omnium gentium seruebat erroribus, quidni modo omnium gentium Verioribus prædominetur bonis? Igitur mutuata ex hispano solo Religionis nostræ femina, Clemens Octauus Pontifex maximus in Italiam, & maximè Romam inuexit, datis vltro ad Cænobiorum erectionem, Romanique præsertim in ædibus S. Mariæ de Scala, Pontificijs litteris.

Mirabile sanè est, quomodo hæc noua germina cælesti zephyro aspirante succreuerint: opportunum quippe, & suæ & Proximorum salutis profitentur institutum, ex contemplatione & actione ita permixtum, vt primam & potiozem partem contemplatio; secundam & posteriorem actio sibi vendicet: his enim paucissimis annis, in Gallos, Belgas, Polonos, Per-  
fas,

fas , Arabos , Orientales & Oc-  
 cidentales Indos intulere pedem,  
 hisque vltimis annis , auspi-  
 cijs inuictissimi Imperatoris Fer-  
 dinandi Secundi, qui velut apis ar-  
 gumentosa, mel optimum ex sacris  
 Ordinibus in Ecclesia Dēi virenti-  
 bus sibi colligit in Germanos &  
 Bohemos prodire : primo enim  
 Viennæ in Austria sacra Maiestas  
 monasterium nobis miro sane DEI  
 zelo fundauit: deinde Pragæ in Bo-  
 hemiæ alterum, faxit Deus, vt illi  
 omnia humana & diuina subsidia  
 à Patre luminum descendant, quæ  
 ad felicem Imperij totius guber-  
 nationem requiruntur, & ad am-  
 pliorem diuini cultus pro-  
 pagationem condu-  
 cunt.



## CAPVT III.

*De amore speciali Beatissimæ Virginis  
Mariæ erga sacrum Carme-  
litarum Ordinem.*

**O**stendimus originem & pro-  
gressum Ordinis Carmeliti-  
ci, nunc aliquid de amore & affectu  
Beatissimæ Virginis in hunc sacrum  
Ordinem dicendum nobis superest.  
& certè tantus, & talis amor &  
benevolentia Deiparæ Virginis  
fuit, vt quemadmodum affectu te-  
nero & singulari, mater in prolem  
suã ferri consuevit, vel vt scripturæ  
1. Reg. 1. *verbis vtar; sicut mater vnicum amat*  
Eccl. 24. *filium* pari, immo nobiliori longè  
modo, Beatissima Virgo Maria,  
quæ est *Mater pulchræ dilectionis*, iam  
pridem sacrum Carmeli Ordinem  
fuerit cõplexa. Vt istud omnibus  
constet; proferenda nobis sunt ali-  
quot amoris veri signa, ex quibus facil-

CARMELITARVM 29  
facillimè deuenitur in cognitionem  
amoris.

S. Thomas inter alia amoris si- <sup>2. 2. 9.</sup>  
gna, quæ ipse recenset, hæc velut <sup>25. A. 7</sup>  
potissima præmittit. nimirum i.  
velle amicum esse & viuere: secun-  
do velle ei bona; tertio operari bo-  
na ad ipsum.

Quoad primum amoris signum:  
perfectissimè illud ostendit Deipa-  
ra in Ordinem Carmeli: voluit e-  
nim ipsa hunc sacrum Ordinem ef-  
se & viuere, quod sanè tempore E- <sup>3. Reg.</sup>  
liæ adumbravit in figura: cum enim <sup>c 81.</sup>  
quadam die sanctus Propheta pro- <sup>S. Aug.</sup>  
funda oratione ad cælestia mentem <sup>serm.</sup>  
intenderet, ecce repente in latere <sup>20.</sup>  
montis Carmeli nubecula quædam <sup>Hugo</sup>  
apparet, quæ vt ait textus sacer, <sup>Card.</sup>  
*quasi vestigium hominis ascendebat de* <sup>in 3. R.</sup>  
*mari:* per hanc nubeculam, iuxta <sup>Amb.</sup>  
mentem sanctorum Patrum præfi- <sup>19.</sup>  
gurabatur sanctissima Virgo Ma- <sup>Hier.</sup>  
ria, vnde extemplò intellexit san- <sup>ibid.</sup>  
ctus Propheta per diuinam reuela- <sup>Chrys.</sup>  
tionem, <sup>1. 37.</sup>  
<sup>16.</sup>



tionem, illam hunc montem, videlicet, Carmelum, peculiariter sibi destinare; velut, futuri sui Ordinis sedem atque Metropolim. Hoc latè prosequitur Ioannes Patriarcha, alijque quam plurimi, quod certè edocuit euentus. Cùm enim Beatissima Virgo in viuis esset, & in Ciuitate Nazareth moraretur, quæ tan-

*Mant.*

*l. 3.*

*Annal*

*Carm.*

*l. 7.*

*Ar-*

*mach.*

tum duobus millibus à monte Carmelo distat, aiunt grauisissimi auctores sæpissimè ad montem perrexisse, ibique suos Carmelitas recognouisse, miraque amoris & benevolentia signa exhibuisse, imò cum sæpè sæpius illuc pergeret, iussit sibi oratorium in Montis latere construui, vbi altissimis contemplationibus incumbere: aitque sanctus Cyrilus scribens ad Cælestinum primum, in tantum succreuisse amoris magnitudinem, quò Carmelitas complectebatur, vt non alio nomine eos nuncuparet quam suos.

*Ides.*

*pat.*

*Mant.*

*in Ac*

*polog.*

suos fratres, ipsique Carmelitæ, nō alio titulo eam honorarent, quam sororis nomine, quod sanè quàm honorificum sit, quis nesciat?

Verùm ut ipsa clarissime toti mundo palam faceret, suum esse hunc sacrum Ordinem, suamque potissimum esse voluntatem, ut esset & stabiliretur hic Ordo: proprio nomine eum condecoravit. Vocat enim *Ordo Beatissima Virginis de monte Carmelo*, quem postea titulum confirmavit Cælestinus primus. deinde Urbanus Sextus, contra impijssimum VViclephum qui illum impugnabat, quin immò Pontifices summi speciales Nicol.  
& Vr-  
ban. 64 ijs indulgentias concessere, qui talem huic Ordini sacro nomenclaturam dederint, ut videre est in nostri sacri Ordinis speculo.

Proinde non immeritò summi Pontifices in suis bullis beatissimam Virginem, sacrum Carmeli

Ordinem produxisse asserunt. Veluti præsertim Sixtus IV in bulla quadam, quæ incipit: *Dum attenta: his verbis: Dum attentâ meditatione pensamus, quod gloriosissima Dei genitrix Maria produxit sacrum Ordinem B. Maria de monte Carmelo, quem eiusdem Virginis Mariæ speciali titulo voluit insigniri &c.* Et licet dixerimus in primo capite huius libri sanctum Prophetam Eliam velut fundatorem huic sacro Ordini initia dedisse, hoc tamen fecit nomine Beatissimæ Virginis, & ad eiusdem honorem, ut benè nuperrimè annotavit Carthagena eo sensu quo supra explicuimus ex 3. Regum cap. 18.

*Hom.  
in festo  
B. V.  
de mon  
Car.*

Iam verò si de secundo amoris signo loquamur, quod videlicet diximus esse, *Velle amico bona*: apertissimè ex tertio signo colligemus: quod esse diximus, *operari bona ad Amicum.* ex effectu enim affectus colligitur: proinde dicebat veritas,  
à fru-

à fructibus eorum cognoscetis eos : & profecto tanta & tot sunt bona, & fauores specialissimi, quos sacro Carmelitarum Ordini exhibuit Deipara, vt in admirationem raperentur homines, si penitus ea perspecta haberent. Qua de causa in hoc libello vnicum & speciale priuilegium afferemus, quo homines magis ac magis ad tantæ matris honorem, & cultum, viso hoc amoris specialis signo accendantur; Illud autem erit sacer habitus, seu sacrum scapulare, quo tam Religiosi Carmelitæ, quàm a ij confratres inuestiuntur. Quis enim omnia velit beneficia, gratias, fauores, auxilia, priuilegia, promissiones & similia recensere, quæ dilecta mater suo Ordini contulit? Si quis tamen plura scire voluerit: perlegat nostrum Arnoldum Bostium de patronatu Beatissimæ DEI genitricis semperque Virginis Mariæ.

## CAPVT. IV.

*De Origine & principio sacri  
Scapularis.*

**P**ROBATIO dilectionis est exhibi-  
tio operis, quod tametsi Deipa-  
ra Virgo Maria, plurimis modis  
suo sacro Ordini exhibuit, in præ-  
senti nihilominus vnum duntaxat  
dilectionis opus Carmelitis exhi-  
bitum in medium proferemus.

*Annal  
Or.  
mal.*

Cum ex Asia in Europam sacer  
Carmelitarum Ordo commigra-  
set, plurimos ibi reperit hæreticos  
& maledicos; qui dilectissimæ ma-  
tris Virginis Mariæ nomen & ho-  
norē obnubilare satagebant. Cuius-  
rei quàm primùm conscij facti Car-  
melitæ, tātæ matris amorem & ho-  
norem, cum in Asiâ altius imbibif-  
sent; sese omni conatu accinxere; vt  
eam ab impio fremitu, & satanico  
furore vindicarent. Et quemadmo-  
dum noster S.<sup>s</sup> Cyrillus suo tēpore  
Nestor-

Nestorium Deiparæ maternitati, nec non illius puritati conuitiantē impugnauerat immò expugnauerat: ita extemplo in Europa, partim scriptis nonnulli, alij prædicationibus, cæteri monitionibus publicis & priuatis, omnes verò orationibus & precibus insurrexerunt, & exosum hæreticorum venenū, contra Virginem vibratum, funditus extinxerunt. Quo facto Carmelite enixè cælestem matrem rogauerunt, vt veluti primū in Asia, tot tantisque immo quasi innumeris suū Ordinē beneficijs & prærogatiuis, condecorasset, & ibi palam fecisset: pari modo in Europa eundem ordinem instar plātulæ exurgentis, fructu quodam raro & prænobili illustraret.

Quo etiam tempore, circa annū millesimum ducentessimū decimū quintum, fratribus in comitia coactis, in generalem totius nostri Ordinis Præpositum fuit selectus sanctus Simon Sthoc, vir & naturali,

turali, & supernaturali scientia eximius; singularique pietate & zelo præditus. hic antequam Vitæ monasticæ institutum profiteretur, vitam planè Angelicam in regno Angliæ agebat. pro domicilio quendã sibi arboris truncum in vasto nemore elegerat, à quo nomen fuit fortitus, in hoc igitur trunco aliquot annis commoratus. mirum dictu quomodo in altissimis cælestium rerum contemplationibus, versabatur, ab hominum tumultu semotus sæpissimè angelico fruebatur consortio, immò ut in eius vita legitur, manna cælesti in dies pascebatur, futuræ iam gloriæ suavitatem, prægustans. Tandem ubi Beatissimæ Virginis Mariæ Ordinem in Angliam aduentasse subintellexit, cuius athleteæ Carmelitæ dicebantur; lætitia incredibili gestiens, quippe nouerat, quam bonum & quam iucundum sit

fit habitare fratres in vnum, repente relicto suo trunco eidem Ordini nomen dedit.

Interea vir sanctus nouis armis, militiae licet pristinae intendens, mirum in modum decertabat, & qui ante raros in trunco hostes repere-  
rat, quos deuinceret; modo continuos in claustro sibi obuios habebat, quos tamen funditus generoso certè animo debebat nec mirum. Prælati enim subiectio multos subinde animi hostes reuelat, quos solitudo obedire sæpe nescia, plerumque celat.

Hic itaque cum iam virtutibus maturus esset, & ex alia parte mirapudentia, & regimine polleret, in Præpositum generalem eligitur circa annum millesimum ducentesimo decimum quintum, quo munere sanctissimè functus est ad annum millesimum ducentesimo sexagesimum secundum, quo ex hoc mundo ad felicitatis æternæ brauium



sublatus fuit, laborum suorum, & meritorum laurea fruiturus. Burdigalæ in Gallijs iacet, miraculis in vita, & postmortem clarus.

*Bostius* Vt igitur ad rem nobis hoc capi-  
*Paleo -* te propositam deueniamus. qua-  
*nyd.* dam die præfatus Beatus Simon in Oratorio profusus, & humi iacens dilectissimam Matrem Virginem Mariam deprecabatur; vt suum Ordinem in Europa tenui & nouo germine succrescentē, cælesti quodam imbri & fecundo rore irrigaret, vt ita fructus suos, adhuc Europæ populis inexpertos longè lateque diffunderet. eliquabatur dulcissimis lachrymis, & in hæc verba prorumpebat: *O flos Carmeli, Vitis, florigera, splendor cali, Virgo purpera, singularis Mater, mitis, sed Virinescia, Carmelitis da priuilegia stella maris.* Hæc sunt propria B. Simonis Verba, quibus beatissimam Virginem interpellare solitus fuerat, vt peculiari aliquo stemmate;

mate, suum sacrum Ordinem confirmaret, quod velut sigillum pendens esset patentes litteras, quas suis fratribus dederat, nomenclaturam ijs imponendo, constabiliens.

Inter hæc verba sæpe sæpius ingeminata, & ex intimo cordis deprompta, affuit Deipara Virgo Maria, & multis Paranymphorum cælestium choris comitata, splendore quodam indicibili circumamicta, iacentem erexit: mox illi paruum quendam habitum suis sanctissimis manibus porrigens, qui vulgato nomine, *Scapulare* dicitur, sic eum est allocuta: Mo- num. Carm. l. 12.  
*Dilectissime fili, recipe tui Ordinis scapulâre, mea confraternitatis signum, tibi & cunctis Carmelitis privilegium: in quo quis moriens, æternum non patietur incendium: ecce signum salutis; salus in periculis, foedus pacis & pacti sempiterni.* hic dictis disparuit illæ  
 Verba

*Fauës.  
ib. Bo-  
fius  
Brad-  
lei in  
opusc.  
Off  
Carm.* Verba hæc momento vno B. Si-  
monem incredibili lætitia, & iubilo  
interno affecere, & serenitatem  
cælestem inuexere. Inde vir sanctus  
confestim exurgens fratribus suis  
beneficium cæleste enarrauit, om-  
nibusque ad prædicti habitus à  
Beatissima Virgine accepti formam  
similem gestare fanciuit, prout ab  
illa fuerat iniunctum: hic habitus  
ad hæc vsque tempora proprius  
Carmelitarum est, qui & alijs iuxta  
bullas summorum Pontificum, vt  
infra deinceps ostendemus commu-  
nicatur.

---

## C A P V T V.

*Ostenditur hanc Beati Simonis  
revelationem fuisse di-  
uinam.*

**O** Peræ pretium erit, antequam  
ad alia progrediamur, vt ostē-  
damus,

**C**ARMELITARVM. ¶  
damus, præallatam B. Simonis re-  
velationem fuisse diuinam: licet e-  
nim hæc ab eo tempore quo con-  
tigit à viris prudentibus & spi-  
ritualibus, qui ea, quæ sunt spiri-  
tus, sanis oculis percipiunt, nun-  
quam in dubium fuerit vocata:  
immo quanquam impius ille Hæ-  
resiarcha VViclephus, tot & tanta  
deliria, contra hunc sacrum Carme-  
li ordinem euomuerit; nunquam  
tamen hanc reuelationem B. Simo-  
nis ausus est negare, & quasi huma-  
nam contemnere. sciebat quippe  
nimis, iam apud populum Chritia-  
num inualuisse, & ab omnibus re-  
uereri, propterea delirium suum  
palam facere metuebat.

Verùm tamen, vt populus Chri-  
stianus magis ac magis in sacri-  
scapularis deuotione confirme-  
tur, breuiter ostendemus, præ-  
allatam reuelationem fuisse di-  
uinam, immò vt initio capitis dixi-  
mus, operæ pretium erit hoc facere.

Cur

Gum enim hæc reuelatio fit fundamentum eorum, quæ in hoc libello sumus dicturi, æquum est vt palam aperiamus, quam firmum & stabile sit fundamentum, vt inde structura stabilis & firma exurgat: quantam etenim quisque vult iuxta sanctum Augustinum & disponit imponere molem ædificij, tanto altius fodit fundamentum.

*Serm.  
10. de  
verb.  
Domi.*

*S. Au-  
gust l.  
12 su-  
per Ge-  
nes.  
Hier  
in prol.  
Apo.*

Est igitur aduertendum tria potissimum describi visionum, & totidem pariter reuelationum genera, nimirum corporale, spirituale, & intellectuale.

Visio corporalis, quando corporalibus oculis aliquid videtur aut ostenditur, veluti quando Abrahamam in conualle Mambre sedens, Angelos vidit, & Iacob luctatus cum vno Iuit.

*32.*

Visio spiritualis siue imaginaria, est, cum videlicet à dormientibus siue vigilantibus, in imaginatiuam rerum species, siue imagines cernuntur,

tur,

tur, vel aliquid aliud significatur; sicut fuerunt visiones Ezechielis prophetæ & aliorum.

Visio intellectualis est; quando spiritu sancto reuelante, intellectu mentis, mysteriorum veritas & sublimitas percipitur, quomodo vidit dilectus ille Apostolus Ioannes ea quæ in libro Apocal. referuntur: non enim figuras tantum in imaginatiuâ habuit, sed & earum significata mente intellexit: & hæc est perfectissima visio, vtpote magis ad visionem beatificam accedens.

Inde est aduertendum Visionem B. Simonis fuisse corporalem: vidit enim corporis oculis, vt in eius vita describitur beatissimam Virginem multis Angelorum choris comitatâ. hæc tamen visio reuelationi fuit coniunctâ, quando quidem simul fuerit illi à beatissima Matre tantû sacri seapularis priuilegium patefactû, tûc enim aliquid  
super-

supernaturaliter reuelatur, quando aliquod myſterium occultum expanditur: Verumtamen in hoc libello ſimpliciter reuelationem nūcupabimus, licet etiam fuerit viſio ſupernaturalis, quia de myſterio ſacri ſcapularis agendi prouinciam iniuimus, quod per reuelationem fuit patefactum.

His ita ſe habentibus reuelationem hanc fuiſſe diuinam oſtendamus: ad cuius rei veritatem communis, & continuus populi Chriſtiani conſenſus ſatis ſuperque eſſet: cum enim à tot ſæculis hæc reuelatio in dubium, tanquam ſi humana, & non diuina extitiſſet, nunquam fuerit reuocata, & ex alia parte tot & tanta bona ex myſterio, quod nobis per hanc reuelationem innotuit, in Eccleſia Dei emanarint; nullum crediderim, niſi forte inſolentem & maleuolum, qui de illius veritate ambigat. tacitus enim Populi intuentis & non contradicentis conſen-

CARMEIITARVM. 45

consensus, præsertim in ijs quæ ad  
DEI Opt. Max. suæque sanctissimæ  
Matris cultum referuntur, plenissi-  
mam rei inducit auctoritatem.  
quid namque interest, suffragijs po-  
pulus suam voluntatem declaret  
an rebus ipsis, & factis? *l. 32. ff.  
de legi-*

Immo temporibus elapsis, tot *buss.*  
sancti viri, & à Spiritu sancto inti-  
mè illuminati, qui sacro scapulari  
inuestiti fuere, institutionem eius  
& originem velut quid diuinum, &  
diuinitus communicatum semper  
amplexi & reueriti fuere; sacri au-  
tem Scapularis institutio & origo  
non alia fuit quam ista B. Simonis  
reuelatio: quis igitur nisi forte, qui  
à spiritu & conditione istorum san-  
ctorum, & à DEO illuminatorum  
deuiare velit, hanc reuelationem nõ  
fuisse diuinam contendat? neque ve-  
ro retro-actis sæculis, in Ecclesia  
DEI Doctissimi Viri, & sapientissi-  
mi defuere, qui sine dubio errori,  
populo Christiano vertissent, quod  
hanc



hanc reuelationem velut diuinam amplecteretur, si secus iudicasset; propterea absit quod his temporibus aliqui alio modo iudicent: nimis enim præsumptuosum imo temerarium foret, quidquam tale attentare: quasi verò tota antiquitas sanctorum Virorum, & Doctorum eximiorum in hoc errasset, & ad vnius vel alterius cerebrum foret corrigenda.

Sed si altius mentem intendamus, luculentum eorum quæ dicimus, argumentum reperiemus, tot enim miracula ad sacri scapularis præsentiam, & superioribus & præsentibus sæculis edita, quid aliud comprobant, quam illius originem esse diuinam & cælitus obortam? ac propterea illam ipsam reuelationem nostri B. Simonis, cum vt supra diximus, hæc sit origo & principium à quo sacrum scapulare emanat.

- Cum sanè vox illa clamantis in deser-

deserto, sanctus Ioannes Baptista ad Christum Dominum discipulos suos misisset, vt ab eo inquirerent, an esset ille Messias diuinus sanctis Patribus à tot sæculis promissus? non alio argumento ambigentibus Ioannis discipulis fecit satis magister ille veritatis, quam plurimis miraculis coram illis edicis *Euntes ait, renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis: claudi ambulat, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.* Luc. 7.

Hunc modum velut efficacissimum veritatis argumentum æmulata Deipara Virgo, prouida sanè mater, voluit vt toti mundo tot & tanta continuo cursu miracula paterent, ex quibus diuinum, & cæleste esse sacri huius habitus principium edoceret: eo enim ipso quoad illius præsentiam tot stupèda opera & supernaturalia contingunt, planè censendum est, in eo principium diuinum & su-

S. Tho.  
3. p. 9.  
105. a.  
7.

& supernaturale esse, à quo talia & tanta enascuntur. Iuxta enim Doctorum sententiam, cum miracula sint supra naturæ creatæ agentis, virtutem, & eius vires transcendant: quomodo à principio humano fluere? & tamen si hæc reuelatio B. nostri Simonis, diuina & supernaturalis non foret, hæc ita contingerent. Etenim eo ipso tempore, quo dictam reuelationem habuit prædictus sanctus; ex templo sacræ scapulare operari conformiter ad illam reuelationem incæpit, vt patet ex ijs miraculis, quæ tum temporis contigerunt, sicut in nostris Annalibus scribitur libro præsertim vndecimo: quomodo igitur si tantummodo humanum fuisset inuentum, ea miracula fuissent patrata? profecto si ipsum scapulare spectemus est pannus vilior & rudior, qui nullam cum miraculis habet proportionem: si verò eum qui eiusmodi scapulare distribuit, attenda-

attendamus; homo est, & nullatenus proinde sua virtute miracula edere potest. quid igitur fuit, & modo est in illo, ita, vt per totum terrarum orbem opera stupenda, & miracula omnium gentium oculis pateant? sane nihil aliud, nisi quod diuinitus hoc scapulare B. SIMONI fuerit concessum, ad cuius præsentiam meritis Beatissimæ Virginis Mariæ Deus Opt. Max. talia operetur, ac proinde sit diuina ea reuelatio, de qua loquimur. Nec dicendum est, potuisse quidem esse inuentum humanum, postmodum tamen ob eius bonitatem, & vtilitatē à Deo approbatum, ideòque Deum esse, qui miracula postea operetur: non, inquam, hoc dicendum est, cū enim illa ipsa, quæ in hac reuelatione promittuntur, sint diuina & supernaturalia, & ex alia parte ex templo adimpleta fuerint, vt patet ex tot miraculis, & in dies adimpleantur, sicut toti orbi innotuit,

quæ ratio nobis suaderet dicendum, sacrum Scapulare diuinitus potius, post suum institutum fuisse approbatum, quam primitus de cælo institutum, præsertim cum ea sit, tot Sanctorum traditio, qua nobis asserunt, per reuelationem beatissimæ Virginis Mariæ fuisse concessum primitus Scapulare: sed lubet ex doctrina Sanctorum Patrum velut Hieronymi, Augustini, Gregorij, Bernardi, Cassiani, & aliorum euidenter ostendere, hanc B. nostri Simonis reuelationem fuisse diuinam, & supernaturalem.

Ex illis sanctis Patribus, multi viri sapientissimi, varia signa collegere, & describere, quibus facile diuina reuelatio, a qualibet alia naturali operatione dignoscitur. Aliqui, velut Medina quatuordecim signa affert, ad huiusmodi reuelationem dignoscendam: Noster Pater à Iesu Maria, plurima etiam describit, ex quibus facili negotio superna-

*Annal.  
Carm.  
l. II.*

*in 3. p.  
q. 25.  
n. 3.  
In  
Theol.  
myst. c.  
8.*

perna-

CARMELITARVM. § I  
 pernaturalē reuelationem à naturali colligere & discriminare licet Immo nostra sancta Mater TERESIA, Ordinis nostri Carmelitici restauratrix, pulcherrima quædam in suis libris, quos dictante Spiritu sancto composuit, signa describit, vnde idem aduertere possimus. Verum quia nimis prolixum foret, si illa omnia recensere vellemus, his in præsentī supersedemus, tantummodo tria afferemus signa ex alijs Doctoribus, vt breuitati consulamus.

*Em-  
man-  
sa. ver-  
bo reue-  
latis.*

Primum est, si sapientū & Sanctorū iudicio cōprobentur reuelationes.

Secundum, si sanctitati eorum, quibus factæ fuerint, innitantur.

Tertium si conformitate cum doctrinâ Catholicâ polleant.

Quoad primum signū, debent reuelationes iudicio, & approbatione virorū à Deo illuminatorū, tum in sciētiâ mysticâ, tum Theologica ab alijs naturalib. operationib. discernis

1. Cor. *Animalis enim homo, iuxta Apostolū,*  
 2. *non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI,*  
*stultitia enim est illi, & non potest in-*  
*telligere, quia spiritualiter examina-*  
*tur: Spiritus autem iudicat omnia: hoc*  
*est iuxta glossam; intelligit & discer-*  
*nit. Et inde est quod in vita Sancto-*  
*rum Patrum, spiritualium virorum*  
*in ijs quæ dubia videntur, iudicium*  
*inquirere edocemur: Cum itaque*  
*hoc signum velut probalissimum*  
*medium, & nullatenus erroneum*  
*habeamus, videamus an dictæ san-*  
*cti Simonis reuelationi conueniat?*  
*profecto tot fuere tum sapientissi-*  
*mi, tum sanctissimi viri, qui hanc*  
*reuelationem partim velut diuinā*  
*supposuere, partim approbauere, vt*  
*si tantū illos qui nostri sacri Ordinis*  
*Religiosi fuere, recensere aggred-*  
*remur, copiosus satis nobis instruē-*  
*duus esset catalogus. hoc satis lucu-*  
*lētè docēt Annales nostri hispanici,*  
*plurimis capitibus, ita vt illa hīc*  
*repetere non opus duxerim.*

Seçun-

Secundum signum, quo reuelatio comprobetur, fuit, si sanctitate eius, cui facta fuit, comprobetur; iã verò scimus beatum Simonem, primum in vita; virum fuisse omni sanctitatis & perfectionis genere ornatum, ita vt etiam viuens, plurima ediderit miracula, vt ex eius vita constat. Secundo, nemo nescit post mortem ab Ecclesia Catholica sanctitate fuisse approbatum, quandoquidem eius festum, & officium solemni & publico ritu in nostro Ordine celebretur: quis, igitur illam ipsam reuelationem in dubium reuocaret?

Tertium signum erat; si reuelatio sacræ scripturæ & SS. Patrũ doctrinæ sit conformis, si enim ab ea dissonat, suspecta merito est habenda, quod signum plenissimè in nostra reuelatione elucet, non enim tantum hæc reuelatio doctrinæ catholicæ consona est, si quis sanis oculis, à passione depuratis eam in-



icipiat, verum mirabilis quoque in hac reuelatione sapientia, & mystica doctrina continetur, per quam & Ecclesiæ catholicæ doctrina magis promouetur, & Deiparæ Virginis Mariæ pietas & zelus commendatur: quod totum sequentibus capitibus patebit.

Pro præsentis capituli coronide, grauissimum & irreuocabile, in eorum confirmationē, quæ hæctenus cōprobauimus, libet afferre testimonium. Illud igitur est sacræ rituum Congregationis auctoritas, quæ vt nemo nescit, ex III. <sup>morum</sup> Cardinalium assensu, auctoritate pontificiâ interueniente, Romæ coalescit.

Huic enim sacræ Congregationi, ex summi Pontificis commissione, anno millesimo sexcentesimo nono, nostrum diuinum Officium, videlicet proprium Sanctorum Ordinis Carmelitici fuit oblatum, quatenus interpositâ sua auctoritate, quilibet Cardinalium approbaret, vt velut

lut authenticum, suo suffragio firmaret: quod utique factum est, cæterorum nomine, subscribentibus duobus ex sacro illo numero, gravissimis & eximijs Viris, Bellarmino nimirum & Pinello.

In hoc verò Officij nostri libello, in solempni Beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo festiuitate, quæ habetur decima sexta die mensis Iulij, hæc verba habentur. *Nec vero nomenclaturam (videlicet Ordinis Carmelitici) tantum magnificentissima Virgo tribuit, & tutelam, verum & insigne sacri Scapularis, quod B. Simoni Anglicoprebuit, vs caelesti hac veste Ordo dignosceretur, & à malis ingruentibus protegeretur.*

Ex hoc testimonio satis abundè patet veritas eorum, de quibus agimus. Hic enim primo dicitur B. Virginem sacrum Scapulare contulisse: non igitur humanum inuentum, aut institutum fuit. Se-

cundo vocatur cælestis vestis: non igitur humanum aliquid vel terrenum est, id est, in terra inuentum & compositum, sed de cælo donatum. tertio dicitur, quod per hanc cælestem vestem ordo dignoscitur, & à malis ingruentibus protegatur: quod totum desumptum est ex ipsismet verbis, quibus in dicta reuelatione vsa est beatissima Virgo, ac proinde hic tacitè eorum veritas astruitur.

Primum nempè quod Ordo dignoscatur, per sacrum scapulare, desumitur ex illis verbis Marianis, quando dicitur *recipe tui Ordinis scapulare, meæ confraternitatis signum*. Secundum, nimirum quod per hoc à malis ingruentibus protegatur, desumitur, ex reliquis verbis in illa reuelatione allegatis.

Plurima alia nobis suppetunt, quibus dictam nostri B. Simonis reuelationem, fuisse diuinam euincamus: sed ijs sponte in præsentis super sedem, ne prolixius nos protenda-

tendamus: hæc verò hæctenus dicta attulimus, nullatenus, vt supradiximus, quia sacri Scapularis institutum reuocatur in dubium, satis enim per se hoc nostris, & retroactis sæculis innotuit: sed vt maiorem firmitatem Confratrum animis ingereremus, ne fortasse futuris tēporibus leui imprudentium vento terrentur, & à tam sancta Societate disturbarentur.

---

CAPVT VI.

*Sacrum Scapulare non tantum Religiosis Carmelitis est proprium, sed alijs etiam Confratribus, quibus legitime distribuitur.*

**E**X dictis hæctenus constat, hūc sacrum habitum Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo Carmelitis religiosus proprium esse. Verumtamen posset aliquis inqui-

cundo vocatur cælestis vestis: non igitur humanum aliquid vel terrenum est, id est, in terra inuentum & compositum, sed de cælo donatum. tertio dicitur, quod per hanc cælestem vestem ordo dignoscitur, & à malis ingruentibus protegatur: quod totum desumptum est ex ipsismet verbis, quibus in dicta reuelatione vsa est beatissima Virgo, ac proinde hic tacitè eorum veritas astruitur.

Primum nempè quod Ordo dignoscatur, per sacrum scapulare, desumitur ex illis verbis Marianis, quando dicitur: *recipe tui Ordinis scapulare, meæ confraternitatis signum.* Secundum, nimirum quod per hoc à malis ingruentibus protegatur, desumitur, ex reliquis verbis in illa reuelatione allegatis.

Plurima alia nobis suppetunt, quibus dictam nostri B. Simonis reuelationem, fuisse diuinam euincamus.: sed ijs sponte in præsentis super sedemus, ne prolixius nos protenda-

CARMELITARVM. 57  
tendamus: hæc verò hæctenus dicta  
attulimus, nullatenus, vt supradi-  
ximus, quia sacri Scapularis institu-  
tum reuocatur in dubium, satis è-  
nim per se hoc nostris, & retroactis  
sæculis innotuit: sed vt maiorem  
firmitatem Confratrum animis in-  
gereremus, ne fortasse futuris tẽpo-  
ribus leui imprudentium vento  
terrarentur, & à tam sancta Socie-  
tate disturbarentur.

---

## CAPVT VI.

*Sacrum Scapulare non tantum Reli-  
giosis Carmelitis est proprium, sed a-  
lijs etiam Confratribus, quibus  
legitimè distribui-  
tur.*

**E**X dictis hæctenus constat, hũc  
sacrum habitum Beatissimæ  
Virginis de Monte Carmelo Car-  
melitis religiosus proprium esse.  
Verumtamen posset aliquis inqui-  
rere,

C 5 rere,

tere, vnde habemus quod etiam alijs præterquam Religiosis Carmelitis distribuatur? His itaque in hoc capite satisfaciendū existimauimus. Sit igitur pro certo non tantummodo Religiosis dictum habitum cōpetere, sed prætereà illis omnibus, quibus de prædictorum licentia ritè & legitimè distribuitur, ita vt per hoc plurimorum priuilegiorum, gratiarum, meritorum, indulgentiarum & aliorum eiusmodi participes reddantur; vt infra ostendendum est.

Vt assertum illud comprobemus, sciendum est hoc proprium sibi vindicare omne bonum, quod sit sui diffusiuum: quantoque magis ad boni rationem accedit, tanto magis diffundatur, proinde cum sacrum Scapulare sit bonum: satis amplum & perfectum, conuenit illi iure merito, vt sese longè lateque diffunderet, & multis commu-  
nicaret,

nicaret, ne in hoc à boni ratione degeneraret.

Quapropter licet primo, & principaliter conueniat Carmelitis prædictus habitus; quanto enim aliquod receptiuum est propinquius principio suo influenti, tanto magis de ipsius influenza participat, vnde cum propinquius ratione Ordinis sui Sacri ad beatissimam Virginem accedant Carmelitæ, fit vt magis de boni communicatione & influentiâ; quæ mediante sacro Scapulari contingit, fiant confortes, ac pròinde ipsis primo & principaliter conueniat sacrum Scapulare, secundario tamen fit propter naturam boni, quod, vt diximus, est sui diffusiuum, alijs etiã competat, nimirum quibus legitime distribuitur.

Ad hoc comprobandum sufficeret consuetudo antiquissima, quæ iam pridem, à tot retroactis sæculis in Ecclesiâ Orthodoxâ viget.



Etenim ab eo tempore , quo B. Simon Stoch sacrum habitum à Deipara Virgine recepit , fuit in praxi & more positum , vt populo illum requirenti ; & humiliter exigenti , impertiretur : statim enim ac prædicto sancto eiusmodi thesaurus de cælo fuit collatus , plurimis alijs præterquam Religiosis Carmelitis fuit distributus. Ex primis namque qui illum receperunt , fuere sanctus Ludouicus , Galliarum Rex sanctissimus : Eduardus Rex Angliæ. Henricus Dux Lancastræ : Henricus Comes Nortumbricus : & in partibus Bohemicis , in primis fuit S. Angela Raymundi Regis Bohemiæ filia ; de qua infra fiet mentio.

Ab eo vero tempore continuo protracta est , illa sancta & laudabilis , à Religiosis Ordinis nostri distribuendi : sacrum scapulare consuetudo.

*in epist. ad cass.* Quod si iuxta sanctum Augustinum: *Mos populi DEI , & instituta*  
*maio-*

CARME<sup>6</sup>LITARVM.

*maiorum pro lege tenenda sunt, profecto satis superque esset consuetudo prædicta antiquissima, sacrum scapulare recipiendi, ad hoc vt pro lege esset, id est, vt instar legis & accepta esset & pergrata. Verutamé ad maiorem huius Confraternitatis ornatum, eius dignitatem altius erigere, operæ pretium erit, vt Cónfratribus pateat, quàm firma sit, & in Ecclesia DEI stabilita eiusmodi Cónfraternitas:*

Primò exstant plurima breuia Apostolica, & bullæ Pontificiæ, quibus sacri Scapularis Confraternitas statuitur & stabilitur. Exstat priuilegium Sixti IV. satis amplum & euidens, quod habetur in libro dicto (*monumenta. Ordinis*) & refertur in Compendio Ordinis, Verbo, *tertiarj fratres & sorores.* de quo meminit miranda in manuali Præ-<sup>q. 360</sup>latorum: ibi expressè conceditur Carmelitis, & datur facultas, vt quoscumque voluerint, ad sacram<sup>A</sup>

cram B. Virginis Mariæ de monte Carmelo Confraternitatē recipiāt.

Exstat insuper bulla Pontificis Ioannis XXII. vbi idem statuitur. Item Alexandri quinti , Adriani II. Clementis Septimi , Gregorij Decimitertij, Stephani Quinti, Sergij Quinti, Ioannis decimi, qui idē stabiliunt.

Non verò ita iam pridem, binæ illa nuperrima sæculi nostri lumina, Pontifices nimirum duo, quos & vitæ sanctitas commendat, & in Ecclesiæ regimine prudentia extollit, videlicet Clemens Octauus , & Paulus Quintus , plenissimam potestatem sacrum Scapulare sæcularibus conferendi, non tantummodo per bullas Apostolicas motu proprio ad hoc datas faciunt, sed insuper per easdem confirmant, Antecessorum suorum statuta, quibus eandem potestatem & licentiam nobis fecere. Referam verba Pauli Quinti, quæ habentur in bulla, quæ  
inci-

CARMEITARVM. 63:

incipit; cum certus &c. data nobis mil-  
lesimo sexcentesimo sexto, ait. De Om-  
nipotentis Dei misericordia, ac Bea-  
torum Petri & Pauli Apostolorum, eius  
auctoritate confisi, omnibus utriusque  
sexus Christi fidelibus, qui dictam  
Confraternitatem (videlicet beatif-  
simæ Virginis de monte Carmelo):  
Vbiuis locorum, tam hæcenus canoni-  
cè, ut præfertur (scilicet ut in alijs  
præcedentibus Pontificum bullis  
ostenditur) institutam, quam dein-  
ceps, ut infra instituendam de cætero  
ingredientur, & habitum receperint,  
&c.

Deinde infra dat Præposito  
nostro Generali plenissimam hanc  
facram Confraternitatem erigendi  
facultatem his verbis:

Ac Dilecto Filio nunc, & pro teni-  
pore existenti Priori Generali di-  
cti Ordinis Carmelitarum, vel illo  
absente, eius Vicario Generali,  
ut huiusmodi Confraternitatem B.  
Ma-

*Mariae de monte Carmeli. Vbiuis locorum extra urbem erigere, & instituire, illisq; omnes supradictas indulgentias, & gratias spirituales communicare, similiter libere & licite possit, & valeat auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium facultatem concedimus & impartimur non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisq; contrarijs quibuscumq; præsentibus perpetuis temporibus duraturis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 30. Octob: 1606. Pontificatus Nostri anno 2.*

Ex his, credo, satis apparet, quâ-  
tâ habeat firmitatem, & auctori-  
tatem hæc sacra Confraternitas,  
quandoquidem pro fundamento  
Apostolicam, & Pontificiam ha-  
beat auctoritatem Vnde quisquis  
contradicit, non solum imperitum,  
verùm etiam temerarium sese  
ostendit.

## CAPVT VII.

*Idem vltcrius comprobatur.*

**Q**Vanquam maius & efficacius testimonium afferre non possumus, ad comprobandum quanto cum fundamento & ratione Carmelitæ, sacrum Scapulare distribuunt, tamen in gratiam Confratrum, alia hic doctissimorum Virorum testimonia subiungam, sit itaque primum. Anno salutis millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Reuerendissimus Pater frater Ioânes Baptista Rubeus Carmelitarû Præpositus Generalis, vir utique *Ann.  
Carm.* grauisissimus, & in scientijs tum humanis, tum diuinis peritissimus, in regna Hispaniæ, ex Italiâ profectus, visitatoris munia obibat, ac pro more plurimis, sacrum scapulare in prædicto Hispaniæ regno distribuerebat, & in Confratrum album  
reci-

recipiebat. Nonnulli de eorum numero, quibus diuina non adeo sapiunt, rem non ita magni pendebant, immo quasi pro nihilo ducentes, populo suafere, vt prædictum sacrum Scapulare relinquerent.

Populus pietatis ac deuotionis pristinae in B. virginem Mariam, studio actus, nequaquam à proposito dimouebatur, nec censorum istorum opinioni aures præbebat. Instât illi apud populum, & quod verbis cõsequi nequeunt, factis violenter extorquere parant: illi etenim inter se super hac re consulentes statuunt per viam iuridicam, agendum esse; quod utique aggrediuntur, multaque suo Marte effingentes, ad Salmanticense, & Hispalense tribunal proficiscuntur. Quasi vero tota Patrum antiquitas, in hoc ignorantia laborasset, & aberrasset, & ad solos illos censes vis discriminandi dilata fuisset.

Interea populus contra eiusmodi censores indignatur, ita ut confusio magna suboriretur. Magistratus rem totam per aliquot dies suspendit, æmulis omnem lapidem mouentibus, ut iste B. Virginis Mariæ thesaurus supprimeretur. O quid agitis miseri? durum est vobis contra stimulum calcitrare, si Saulo Christianos persequenti durū fuit quanto magis vobis Reginam cœli, & eius filios adorantibus? nec immerito hoc dixerim: cum enim res ita ageretur confestim totum negotium Doctoribus Salmanticensibus Cathedra- tificis remittitur, daturque definiendum; & ex ijs quatuor primarij seliguntur, videlicet Doctor Mantius primarius Theologiæ cathedra- tificus: Doctor Sanchez, & Doctor Bartholomæus de Medina, qui postea eiusdem Vniuersitatis primus Cathedra- tificus fuit.



Illi hanc rem grauissimam attentius perpendunt, seueriore iudicio partes examinant, æmulorum rationes audiunt, Confraternitatis sacrae fundamenta répetunt; quibus accuratè factis, omnes quatuor prædicti Doctores suis suffragijs & decretis appositis resoluunt, legitimam esse Beatissimæ Virginis Mariæ Confraternitatem, talemque esse, quæ debeat in Ecclesia DEI obseruari propter speciales fructus, qui inde emanant. Testatur Pater Carthægena in homilia de festo beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, se propria prædictorû Doctorum subscripta vidisse & legisse. His ita habitis miro rubore perfusi æmuli discessere, paulatim liuorem suum secum digesturi.

Secundum testimonium sit aliorum Doctissimorû virorû, qui nostrâ tempestate floruerunt: imprimis Doctor noster Didacus decorta, qui in suo elucidario, Beatissimæ

mæ

CARMELITARVM 69  
mæ Virginis Mariæ de monte Carmelo societatem adeò stabilivit , vt legenti nullus dubitandi locus relinquatur. P. Carthagena , quosdam æmulos insurgentes suis scriptis ita compressit , vt huic sacre Confraternitati nouum afferat ornatum. P. Miranda in suo Manuali, qui hanc rem satis egregiè probat, & altius repetit.

Pater noster Ioannes à Iesu Maria vir vtique illuminatissimus , & diuinorum patiens, cuius corpus iã à pluribus annis incorruptum manet, & mira pulchritudine & nitore perseuerat, non tantum hanc sacram Confraternitatem suis libellis commendat, sed insuper ipsemet, cum adhuc inuiuis esset, Romæ in nostro Conuentu S. Mariæ de Scala eandem solemniter instituit. sed de his satis.

Sit igitur pro huius capitis corrolario; licet nulla ex prædictis extarent testimonia , vnde huius sa-

cræ Confraternitatis auctoritatem  
 astrueremus, adhuc tamen authen-  
 tica satis & probata remaneret ex  
 hoc, quod eam à tot sæculis tolera-  
 rit Ecclesia Catholica, nec vnquam  
 vel erroris tantillum ei adscripse-  
 rit: Insuper voluntas vnus dupli-  
 citer nobis innotescit, verbo & fa-  
 cto, & quamquam, vt diximus,  
 verbo non fuissent summi Ponti-  
 fices attestati huiusmodi Confra-  
 ternitatis erectionem legitimam,  
 sufficeret tamen eos facto erexisse,  
 tot enim priuilegia, & gratias, tot  
 indulgentias, & Ecclesiasticos the-  
 sauros ei contulere, vt satis super-  
 que facto ostenderint se illam &  
 approbare & commendare, im-  
 mo & promouere. De his  
 agemus in-  
 fra.

\* \* \*

\* \*

\*

L

## CAPVT VIII.

Explicantur hæc verba B. Virginis Mariæ ex reuelatione  
B. Simonis.

*Dilectissime Fili, recipe tui Ordinis  
Scapulare, mea Confraternitatis signū  
tibi & cunctis Carmelitis  
priuilegium.*

**O**stendimus superius quomodo legitima sit, & approbata sacri Scapularis Confraternitas: nunc nobis sunt explicanda illa quæ in reuelatione beati Simonis continentur, ne forte quibusdam dubitandi ansam præbeant, vel fortassis de ijs nimium præsumendi, non intellecto sensu & veritate verborum, detur occasio.

Itaque hæc sunt prima Beatissimæ Virginis verba, nimirum, *Dilectissime Fili, recipe tui Ordinis Scapulare, mea Confraternitatis signum, tibi & cunctis Carmelitis priuilegium:*

*legium.* Est igitur notandum primo, quanta & qualis sit dignitas tituli, quem B. Simoni cælestis Mater impertitur. *Filij* nomine eum nuncupat, quid nobilius? quid optabilius? quid amabilius? quid honorabilius? quid utilius, quam Filij nomen? Nobilius propter tantæ matris dignitatem. *Ego*, inquit illa, *ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam*, quæ sit nimirum pura creatura; nam id quod supra ipsam est, solus Deus est, quod infra ipsam, omne est, quod Deus non est. quid optabilius, propter eiusdē Matris hæreditatem cælestem, & beatitudinem æternam? *Ego*, inquit illa, *in hæreditate Domini morabor.* amabilius, propter pulchritudinis venustatem. *Ego*, ait, *Mater pulchræ dilectionis.* honorabilius, propter gloriæ sublimitatem. *Ego*, inquit, *in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis.* Utilius, propter benignæ Matris liberalitatem: *Transite,*  
inquit,

c. 24.

S. An-  
selm.

inquit, *ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini, spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum.* Magna igitur & specialis prærogativa est, B. Virginis filium nuncupari.

Sed non tantum filij nomenclatura huic sancto tribuitur, sed *dilectissimi*, sunt enim nonnulli filij prodigi, filij insensati, filij nequam, de quibus Ecclesiasticus ait; *melior est vnustimens Deum, quam mille filij impij.* Sunt igitur nonnulli filij impij, quos parentum affectus, non prosequitur ob degeneram paternæ laudis imitationem, & hinc est, quod noster beatus Simon, *Dilectissimi Filij* nomine, nuncupatur. Erat enim Beatissimæ Virgini charissimus, quippe maternas laudes, & virtutes mirum in modum æmularatur, quidni dilectissimi Filij nomen sortiretur? satis hoc omnibus ijs patebit, qui illius vitam, & acta

sunt lecturi : erat namque Beatissimæ Virginis imitator, primo in puritate, quàm perpetuè colit : Secundo in conteruptione cælestiū mysteriorum, ita vt vix sui corporis curam gereret. Humilitatis erat adeò cordatus amator, vt cum Præpositi generalis officio fungeretur, frequentiores humilitatis actus, quam antea, in eo annotasset. Obedientiæ adeò fidelis cultor, vt non nisi cum lachrymis & planctu ad alijs imperandum perduceretur. Denique cæterarum virtum quibus pia mater refulsit, tantus fuit æmulator, vt propterea iure merito illi: *dilectissimi Filij* titulus deberetur & deferretur. O quis nobis det ô Deipara Mater vt nos quoque dilectissimi tui filij nominemur & simus ! confestim filiorum Adam titulos, & honores verè despiceremus : hominum laudes negligere-mus, nominis nostri immortalitatem in hoc mundo non querere-mus:

mus: sufficeret nobis, quod dilectissimi tui essemus. Postquam ergo beatissima Virgo B. Simonis titulum præmisit, subiunxit, *recipe tui Ordinis Scapulare: mea confraternitatis signum: tibi & cunctis Carmelitis privilegium.*

Est in his verbis primo annotandum, Deiparam dixisse, *recipe tui Ordinis Scapulare*, quod optimè in nostro officio, ut supra, explicatur; habetur enim ibi, sacrum Scapulare diuinitus nobis concessum fuisse, *ut caelesti hac veste ordo dignosceretur*: quod in prædictis verbis fundamentum habet; *tui*, inquit, *beatissima Virgo, Ordinis Scapulare*, id est, tui Ordinis proprium, quo à cæteris distinguatur. Sicut enim nobilium familiæ varijs stemmatibus inter se discriminantur, & à cæteris secernuntur, pari modo sacri Ordines in Ecclesia Dei instituti, varia & peculiaris sibi stemmata



*Bellar.  
de Mon  
c. 3.*

vendicat, quibus inter se, quoad  
exteriorem formam distinguun-  
tur : quamquam enim primo &  
principaliter per diuersa media,  
quibus ad idem vltimum brauiũ,  
videlicet Deum Opt. Max. tendunt,  
vti per varias regulas & constitu-  
tiones, à se inuicem decernantur, ta-  
men hoc vtique populo subinde  
non innotesceret, nisi exterius, & ad  
oculum, vt aiunt, per diuersos habi-  
tus & vestes discriminarentur.

Apposita similitudine ostenda-  
mus: singuli homines habent & cõ-  
tineat in se diuersa principia in-  
trinsēca, quæ à Philosophis indiui-  
duãtia nominantur, quibus à se in-  
uicem distinguuntur: tamen si ex-  
terius omnino similes essent: & eũ-  
dem vultum, eundem colorem,  
eosdem gestus, cæteraque omnia si-  
milia vnus cum altero haberet, re-  
uera non alter, sed idem diceretur,  
& ita confusio magna in rerum  
natũra suboriretur. Non absimili  
modo

modo in proposito nostro. Licet Religiosorum status diuersis viuendi ritibus & obseruationibus discernatur, quia tamen hæc omnia intra claustri parietes obteguntur, nec hominibus ita comparent, facilis daretur confusio, nisi exterius per diuersas vestes distinguerentur. Fatendum equidem est etiam ob alias rationes Religiosorum habitus esse diuersos, vt benè S. Basilius atque alij nota-  
 9. 22.  
 re: verum tamen hæc vna est inter alias habituum, & vestium sacrarum diuersitatis ratio, nimirum vt ita ab inuicem discriminentur, quod propterea nostro proposito quadrat directè. Fuit enim vt ex eius verbis colligitur, Deiparæ Virginis intentio, cum sacrum hunc Carmeli habitum concessit, vt per illum à quibuscumque alijs distinguerentur. Quòd per sequentia verba magis est patefactum: subiunxit enim Beatissima Virgo, postquã

dixit, recipe tui Ordinis Scapulare, *mea Confraternitatis signum.* Si-

S. Tho.

4. d. 1.

q. 1. a. 1

gnum quantum in se est, aliquid manifestum quoad nos importat, quo in alicuius occulti notitiam manuducimur. Ex hoc multa ad propositum nostrum elicere possumus: in primis necesse esse, ut sacrum Scapulare aliquid aliud nobis innuat, præter sui significationem: & ideò licet secundum se sit pannus, & rudior quædam materia: tamẽ ex eo quod sit signũ, debet nos in alicuius occulti cognitionẽ ducere. Proinde cum sacrorum Ordinum diuersitas, sit occulta hominibus plurimis, quia illis variarum regularum & constitutionum multiplicitas, quibus primò & principaliter distinguantur, non innotescit: hinc rectè ex *Deiparæ Virginis* verbis concluditur sacrum Scapulare esse *Carmelitici Ordinis*, illiusque *Confraternitatis distinctiuum*, ut ita lo-

loquar, propterea quod sit signum, quo manuducimur, ad discernendum occultum discrimen, quod reperitur inter sacrum Carmeli ordinem & alios.

Aliud verò his verbis mysterium nobis insinuatur. Per hoc namque signum ducimur in specialis filiationis cognitionem, quæ est inter Beatissimam virginem, & sacri Scapularis Confratres. Si enim Confratres inter se constituuntur illi, qui dicto habitu inuestiuntur: debet hoc sub vna matre fieri: alioquin quomodo fratres inter se inuicem poterunt esse, qui Matrem sibi ipsis propriam & singularem non habent? Vnde rectè colligemus speciales esse beatissimæ Virginis filios, qui sacrum Carmeli habitum recipiunt, quandoquidem ex ore eiusdem Virginis hic habeamus, speciales eos esse, inter se inuicem fratres. Proinde dixit illa, *mea Confraternitatis signum*; quasi

diceret, per hoc eritis inter vos sub  
 vna matre, nimirum me ipsa Con-  
 fratres, & ideo licuti specialiter in-  
 ter vos eritis fratres ratione huius  
 signi, quod est sacrum scapulare, ita  
 vobis specialis ero mater. Ô sortem  
 fœlicem huiusmodi Confratrum!  
 quis talem matrem renuat? imo  
 quis toto corde non amplectatur?  
 non deest, inquit diuus Bernardus:  
*Maria potestas, quia mater est omni-  
 potentia, nec impetrandi industria,  
 quia mater est sapientia, nec voluntas,  
 quia mater est misericordia.* Agnosci-  
 te Confratres, agnoscite excellen-  
 tiam & eminentiam vestram, feli-  
 cissimi estis, quando quidem eiu-  
 modi Matris Filij singulares estis,  
 modo tamen filij prodigi non sitis,  
 sed sapientes, & diuæ Matris æmu-  
 latores.

Præterea hic est aduertendum,  
 licet in præcedenti capite hanc cõ-  
 fraternitatem ostenderimus esse le-  
 gitimam, varia afferendo testimo-  
 nia

nia & argumenta: tamen ex his verbis Deiparæ luce clarius apparet omnibus, illius veritas & authentica institutio; nisi forte quispiam instar vespertilionis, in luce meridiana, cæcutire velit: dicit namque Beatissima Virgo sacrum Scapulare esse signum suæ Confraternitatis: igitur vera est, & vna sacri Scapularis confraternitas; hoc sanè explicatione non indiget.

Hinc est Confratribus eruendū velut quiddam certum, & infallibile, nimirum primitus hanc confraternitatem, non humano Marte, vel industriâ fuisse constitutam, sed diuinitus planè, à Beatissima Virgine fuisse fundatam, postmodum verò à summis Pontificibus confirmatā, vt patet ex bulla Ioannis XXII. data nobis Auinione tertia Martij, primo sui Pontificatus: quod certè specialissimus suor est, & singularissimus amor.

Mirabilis inde resultat Confra-

trum præstantia; sicut enim palatium aliquod tanto maioris ducitur, quanto à præstantiori Architecto resultat; & pictura à subtiliori pictore: pari modo, immo longè nobiliori, Confratrum Beatissimæ Virginis Mariæ de monre Carmelo excellentia resultat, ex eo quod eorum societas originem ducat à tali principio, quod adeo nobile est & eminentius, ut inter res creatas nullum aliud sit nobilius & eminentius: speciali, inquit, sanctus Damascenus ratione, *rerum omnium conditarum domina effecta est, cum Creatoris Mater existit, & super omnes creaturas primatum tenuit.*

---

## C A P V T IX.

Explicantur alia verba: *In quo quis moriens aeternum non patietur incendium.*

**V**identur primo intuitu hæc verba aliquid obscuritatis præ

præ se ferre, attamen adeo sunt veritati consona, si rectè & sana mente percipiantur, vt ex illis non tantum occulta quædam & diuina mysteria hic latitantia elicere possimus: verum etiam inde mirum in modum Beatissimæ Virginis Mariæ pietas commendetur, misericordia exaltetur, benignitas eluceat, materna prouidentia compareat, eiusque cultus & deuotio promoueatur: immo & veritas Catholica Sanctorum Patrum tradita nobis & relicta doctrina adstruatur. Hæc omnia clarissimè constabunt ex ijs quæ modo sumus dicturi. Ac imprimis notandum quod diuersum, & planè alienum scripturæ sacræ & nobis reuelatæ sibi vendicant loquendi modum, ac prophatorum hominum scripta, & Philosophorum commenta. Quod sanè fatetur sanctus Augustinus: cum enim ante, & circa suæ con-



uersionis ad fidem orthodoxam initium , paginas scripturæ sacræ secum ipse reuolueret & sæpè perlegeret , totus attonitus hærebat , quomodo tam simplicem & nudum verborum contextum scrutarent, immo despiciebat, tanquam quid humile & abiectum. Nimirum nondum illa mentis cæcitas , qua detinebatur, ab eò dimota erat, nõdum radius diuinus cordi illuxerat, qui abscondita tenebrarum illuminaret. At vbi conuersus fuit, cæpitque sacrarum Scripturarum succum & medullam prælibare, mirum est quanta mysteria, & rerum cælestium arcana comperiebat.

Non absimili modo , cum hæc verba Beatissimæ Virginis eundem planè modum, & loquendi phrasim retineant, ac cæteræ nobis scripturæ reuelatæ: non mirum est plurimos, horum verborum succum non percipere, eiusque arcana mysteria nequaquam detegere. Proinde nau-  
 feat

feat eorum animus super cibo isto, iuxta ipsos, leuissimo, cùm tamen sit manna cæleste, & non Angelorum, sed Regina Angelorum manibus formatum. Vt igitur in præsentibus eiusmodi hominibus satisfaciamus, sciendum est scripturas sacras similem loquendi modum obseruare ac præsentia verba.

Imprimis: Christus Dominus mentionem faciens de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, in Euangelio S. Ioannis sic ait: *Ego sum panis* Ioan. 6: *uiuus qui de cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum.* Rursus. *Qui manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum.* Rursus ibidem. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet uitam æternam.* Quæ verba non nihil obscuritatis in se continere videntur, si enim quispiam, cum peccato mortali, ad hunc spirituales cibum accedat, an fortassis uiuet in æternum? nequaquam id asserere

**1. Cor. 1** fas est, dicente Apostolo. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Vnde Sancti Patres

**S. Bas. de bap. ser. 2.** affirmarunt graue sacrilegij peccatum committere, pœnarumque infernalium reum esse qui indignè,

**Chry. hom. 63.** id est, cum conscientia peccati mortalis, cœlestem hunc panem

**Ans. ser. 252.** manducat. Et tamen absolutè dictum est in sacro elogio, *qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

**4. d. 46**

**9. 2. 0. 3**

**Thomæ** explicationem: ait enim pertractans summâ sapientia hanc difficultatem *Quod quando quispiam ad arcanum Eucharistia sacramentum appropinquat, peccato lethali infectus: quantum est ex parte eiusmodi Sacramenti talem hominem ad vitam æternam perducit, quamquam per peccatum tali premio & mercede priuetur, & inhabilis efficiat*

*efficiatur.* Itaque si contingeret aliquem in agone mortis, sicut putandum est contingere, cum peccato mortali sacrum illud manna Eucharisticum assumere, vera nihilominus sunt Christi Domini verba supra allata, nimirum, *qui manducat hunc panem, viuet in aeternum.* Vera, inquam, sunt etiam in huiusmodi moribundo, nimirum quantum est ex parte Sacramenti perduceretur ad vitam æternam, propter gratias speciales quas per tale Sacramentum confert diuina Maiestas: verumtamen absolutè non perduci, sed præpediri à talis beneficii consecutione, propter obicem, quem per peccatum apponit.

Secundò, alia Scripturæ loca adducamus. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.* Rursus *Ad Rom.*  
*Omnis qui credit in eum non con-* <sup>10.</sup>  
*fundetur.* Item, *qui credit in Fi-* <sup>Ioan. 3.</sup>  
*lium, habet vitam æternam.* Item  
*Elee-*

Marci  
ult.

*Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est  
qua purgat peccata. Item: Qui credi-  
derit saluus erit. Et similia paucisim lo-  
ca, quæ in sacris elogijs sunt obuia.  
Vnde si aliquis fidem cum Baptis-  
mo habens ad vltimos vitæ agones  
perduceretur, & tandem peccato  
mortali infectus emoreretur, an e-  
iusmodi saluus esset? Rursus, si quis  
similiter peccato infectus eleemo-  
synam pauperibus erogaret, & sic  
ex hac vitâ euolaret, an ideò à mor-  
te æterna liberaretur? profecto se-  
cundum principia fidei, nequaquã  
hoc dici potest: quãdoquidem nihil  
coinquatum intrabit in regnum  
cœlorum. Et tamen absolutè supe-  
rius hæc loca in sacris scripturis po-  
sita comperiuntur. Nimirum in hoc  
sensu sunt accipienda: quod ex  
parte sua conducunt & conferunt  
ad salutem æternam, si tamen a-  
liunde impedimentum homini non  
suboriat. Hoc totum optimè ad-  
uer.*

uertit Cardinalis Bellarminus, di-<sup>s. c.</sup>  
 cens, sæpè numero scripturam diui-<sup>cont. l.</sup>  
 nam vim saluandi tribuere diuer-<sup>2. de</sup>  
 ſibus, non quod ſolæ illæ ſaluare<sup>pan.</sup>  
 poſſint, ſed quod ſolæ vim ſuam<sup>c. 7.</sup>  
 habeant ad ſalutem, & ad eum fi-  
 nem perducant, ſi tamen cætera nõ  
 deſint, & ita explicat, ſupra allata  
 diuinæ ſcripturæ loca:

Tertio & poſtremo, ne prolixius  
 excurremus: proferamus ea ſacræ  
 Scripturæ loca, & teſtimonia, quæ  
 præ ſe ferant Deum Opt. Max. om-  
 nes homines abſolutè ſaluare, cum  
 tamen iuxta Eccleſiæ Catholicæ  
 doctrinam nequeat intelligi, niſi  
 quantum ſit ex parte Dei, propter  
 varia auxilia & fauores, quos ille  
 omnibus hominibus offert.

Dicitur primo in lib. Sapientiæ:<sup>c. 11.</sup>  
*Parcis autem omnibus, quoniam tuæ  
 ſunt Domine, qui amas animas.* Item  
 ſanctus Paulus ad Timotheum ſcri-  
 bens ait de DEO, *vult omnes ſaluos*<sup>1. Tim.</sup>  
*feri.* Rurſus ſanctus Petrus in ſua<sup>2.</sup>  
 epi-

6. Pat. epistola ait similiter , *non vult aliquos perire , sed omnes ad pœnitentiam conuerti. Quomodo hæc omnia absolutè, & indiscriminatim ita dicuntur, cum tot homines supplicijs infernalibus deputentur? longè enim à peccatoribus salus.*

Respondent sancti Patres sensum esse , Deum, quantum in ipso datum est , omnibus parcere , & velle omnes salutem consequi, culpæ verò eorum attribui , quod secus contingat. Audite sanctum Paulinum in epistola prima ad Aprum: *Hinc, inquit, in omniloco plura quotidie mirabiliora solito signa crebescunt , vt omnem quantum in ipso est , hominem saluum faciat.*

Rursus similiter dicitur de Christo Domino ; *Venit enim Filius hominis querere & saluum facere quod perierat . Item illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quomodo hæc? totus mundus*

dus perierat, nec tamen totus fuit  
 salutem consecutus. Rursus: quo-  
 modo omnem hominem illumi-  
 nat, cum tot in tenebris perma-  
 neant? Audite sanctum Chrysolto-  
 mum: *Si illuminat, inquit, omnem* Hom. 7  
in la.  
*hominem venientem in hunc mun-*  
*dum, quonam pacto tot homines sine*  
*lumine permanent? neque enim omnes*  
*Christum cognoscunt, quomodo ergo*  
*illuminat omnem hominem? illuminat*  
*profecto, quantum in ipso est, si quis*  
*autem sponte sua, mentis oculis con-*  
*venientibus, ad huius lucis radios a-*  
*ciem dirigere noluerint, non ex lumi-*  
*nis natura in tenebris perstiterunt, sed*  
*ex malitiâ suâ, sponte, tanto se dono*  
*indignos reddiderunt. Hactenus ille:*

Ex his ergo omnibus patet in sa-  
 cris Scripturis Deum dici omnes  
 homines saluare, cum tamen sit  
 intelligendum sano & restricto  
 sensu, videlicet, ut iam diximus  
 saluare quantum in ipso est, ex  
 eo quod dat auxilia sufficientiæ  
 ad sa-



ad salutem: hominum vero esse culpam qui peccatis sese coinquinantes nolunt diuinis illis fauoribus cooperari: vnde cōminatur talibus Dominus, *quia vocani, inquit, & renuistis, extendi manum meam, & non erat, qui afficeret, despexistis omne cōsiliū meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit.* Quod totum appositā similitudine explicat. Beatus Augustinus loquens de illo maledicto Esau qui contemptis DEI auxilijs, *Prou. 1* & beneficijs seipsum perdidit; *noluit, ait, Esau & non cucurrit: sed si voluisset ac cucurrisset Dei adiutorio peruenisset, qui etiam velle & currere vacando prestaret, nisi vocatione contempta ipse reprobus fieret.*

Iam itaque ex his præmissis, nullo negotio patet intelligentia verborum, quæ beatissima Virgo Maria in B. Simonis reuelatione protulit, nimirum, cum dicit: *recipe tui*  
 Ord-

CARMELITARVM. 93

*Ordinis Scapulare*, in quo quis moriens æternum non patietur incendium, sensus est; sacrum Scapulare tale esse, quod, quantum est ex parte ipsius, & Beatissimæ Virginis Mariæ, æternum non sit passurus incendium, qui eo legitimè fuerit inuestitus. Sicut enim supra diximus, victurum illum in æternum, qui cælestem illum panem Eucharisticum manducauerit, quantum est ex parte huius Sacramenti, quia nimirum ratione illius, homini Deus confert auxilia, & gratias, quibus mediantibus, si Deo coope- retur ille, salutem æternam comparare valeat: simili quodam modo qui moritur cum sacro scapulari, æternum non patitur incendium, quantum est parte Scapularis, quia Beatissima Virgo Maria ratione illius, suis precibus efficacissimis, suisque meritis intensissimis varios fauores diuinos, & auxilia cælestia, ab vnigenito Filio suo impetrat, & conse-

94            T H E S A V R V S  
consequitur, quibus, si ille qui ha-  
bet sacrum Scapulare, cooperetur,  
nec in peccatis obstinatè permane-  
re eligat, facilè saluetur: quæ auxi-  
lia alias exhibiturus non esset Deus  
adeò efficacia, nisi dilectissima ma-  
ter intercessisset. Quod vero e-  
iusmodi homo, cum sacro Scapu-  
lari, æterno supplicio deputetur,  
culpæ ipsius nimirum & eius ob-  
stinationi, & in peccatis obdura-  
tionivertendum est: quippe qui  
de Matris auxilio desperet, &  
sponte in improbum sentium sese  
tradat. Eo ferme modo, quod di-  
ximus, Deum omnibus hominibus  
parcere, eorumque salutem inten-  
dere, quantum est ex parte suâ per  
varia auxilia; eorum vero perdi-  
tionem ijs ipsis attribui iuxta il-  
lud sancti Prophetæ: *perditio tua  
Israel: tantummodo in me auxilium  
tuum.*

Hinc sicuti absolutè dicitur,  
*qui manducat hunc panem, viuet in  
æter-*

*æternum.* Rursus. *Qui crediderit in Filium habet vitam æternam.* Cum tamen alia requirantur ad vitam æternam, præterquam illa & tamen verissima sint verba iuxta consuetudinem, & phrasim Scripturæ sacræ, quæ vim & efficaciam vnius rei ad aliquem effectum nobis exprimit, subintelligendo, sic cætera etiam requisita & necessaria aliunde non desint. Similiter de sacro Scapulari dicendum est nobis: licet namque hic dictum fuerit absolute de illo, quod *in eo quis moriens æternum non patietur incendium:* exprimitur per hoc beneficium, & priuilegium ex parte Scapularis: immo & virtus saluandi, quæ in auxilio Deiparæ Virginis consistit: non tamen excluduntur cætera requisita ad salutem, vt, v.g. contritio, & pœnitentia alicuius existentis in peccato mortali, ex eorû numero qui sacrum Scapulare deferunt, sicuti

sicuti infra dicemus ; eo quod qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam; propterea nequaquã dici potest, charitatem & reliqua bona opera, ad salutem consequendam non videri necessaria, cum scriptum sit de charitate, *qui non diligit, manet in morte*; & ita prædictę revelationis verba, explicata remanent. At vero vt magis percipiatur, quod attulimus modo, pleniorẽ in sequenti capite dabimus elucidationem, & prædictorum confirmationem.

## C A P V T X.

*Explicantur amplius eadem Verba:*

**I**Nter omnes prærogatiuas, quæ Deiparæ Virgini debentur, vnã esse potissimam, pietatem vtpote, & misericordiam dico, qua omnibus compassionis mirificæ affectu, subuenit, & opitulatur. Hinc Diuus Ber-

Bernardus: *Quis misericordia tua, o* <sup>ser. 4.</sup>  
*Virgo benedicta, longitudinem, latitu-* <sup>de Ass.</sup>  
*dinem, & sublimitatem, & profundum*  
*queat inuestigare? nam longitudo eius,*  
*vsq; in diem nouissimum inuocantibus*  
*eam subueniet vniuersis. Latitudo eius*  
*replet orbē terrarū, vt tua misericordia*  
*plena sit omnis terra: sic & sublimitas*  
*eius ciuitati superna inuenit restau-*  
*rationem, & profundum eius, sedenti-*  
*bus intenebris & in vmbra mortis, ob-*  
*tinuit Redemptionem. Hæc ille san-*  
*ctus: ex quibus constat quomodo*  
*benedicta Virgo misericordiae suæ*  
*sinum aperit, vt idem fatetur in*  
*quodam sermone: nihil austerum,*  
*inquit, in virgine, nihil terribile, tota* <sup>de Ver.</sup>  
*suauis est & omnibus misericordiae si-* <sup>Apoc.</sup>  
*num aperit. Inde fit vt Deipara pre-*  
*cibus suis & intercessionibus con-*  
*tinuo, apud vnigenitum suum in-*  
*stet, modo sua interponendo meri-*  
*ta, modo sua exhibendo viscera, in*  
*quibus incarnatus fuit, vnigenitus*  
*eius filius, ad hoc vt miseris homi-*

nibus varia ad salutem auxilia & media valeat impetrare. Quod ap-  
 De 20- primè describit sanctus Germanus,  
 in a Do- dum illam alloquitur. *Quis, ait, post*  
 mini. *tuum filium curam gerit generis huma-*  
*ni, sicut tu? Quis ita nos defendit, in*  
*nostris afflictionibus, sicut tu? Quis in*  
*supplicationibus adeò pugnat pro pec-*  
*catoribus, sicut tu? Hæc ille.*

Tametli\* verò res sic se habeat,  
 nec vlllo modo sit ambigendum,  
 potissima tamen, & vis, & virtus  
 misericordiæ, ac pietatis Deiparæ  
 Virginis, in hoc sita est vt miseros  
 homines, ad infernum propter pec-  
 cata iustissime deputatos, reuocare  
 possit, & liberare. Cum enim mise-  
 ricordia sit alienæ miseriæ releua-  
 tio, vt aiunt, inter omnes vero mise-  
 rias vel calamitates, nulla sit ma-  
 ior, quam illa vltima & infernalis:  
 quidni præfertim beatissimæ Vir-  
 gini competat, vt miseros illos sup-  
 plicijs æternis destinandos, possit  
 adiuuare, cum potissimum illi con-  
 ueniat,

CARMELITARVM. 99

ueniat, supremum misericordiae a-  
ctum exercere, quæ in supremo  
gradu post Deum, misericordiae  
virtutem fuit adeptæ.

Hoc certè multi sancti annota-  
runt, immo & nobis suis scriptis  
commendarunt, imprimis sanctus  
Germanus sic ait; beatissimam Vir-  
ginem alloquendo: *Cum habeas ma-* De 20-  
*ternam apud Deum fiduciam, & potè-* na Do-  
*tiam, vt tuis interpellationibus, & inter-* mini.  
*cessionibus ei nos efficit familiares, &*  
*das salutē, & ab æterno liberas suppli-*  
*cio.* B. Petrus Damian. idem asserit.

*Quid tibi negabitur Maria, cui nega-* Serm. 2  
*tum non est Theophilum ex ipsis per-* de Nat.  
*ditionis faucibus reuocare, infelicem*  
*animulam, totum illud, quod in te fa-*  
*ctum est, proprio caractere denegan-*  
*tem, de luto facis, & miseria suble-*  
*uasti, nihil tibi impossibile, cui possi-*  
*bile est desperatos in ipsam beatitu-*  
*dinem eleuare.* Sanctus Thomas  
his verbis beatissimam Virginem  
compellat in quodam sermone: Serm.  
de Anr.



*Benedicta Maria à peccatoribus, quia eos de angustia liberat, in periculis adiuvat, & de peccatis veniam impetrat.*

Certissimum est igitur ab incendio æterno liberari homines, per merita & intercessionem beatissimæ Virginis: hoc autem tot miracula confirmant, quibus palam in mundo ostensum fuit hanc illud idem præstare, ut ijs pleni sint libri & volumina.

*in exp.*  
*ps. 86.*  
*c. 32.* Inter alia narrat Benzonius, de quadam Matriona in territorio Lingonensi quæ cū in peccato mortua, raperetur ad infernum, illic à misericordiæ affectu commota Virgo Maria, Filium suum Unigenitum aggressa est, & efficacissimis precibus eum exoravit, ut ab eiusmodi pœnis prædictam Matronam liberam esse vellet, & hanc afferebat causam, siue rationem, quia, inquit, cum hæc Matriona viveret, aliquot preces mihi indies persoluebat, uti & sacri Scapularis.

CARMELTARVM. TOT  
Cónfratribus moris est. Extéplò an-  
nuit pijsimæ Matris precibus pijs-  
simus Filius, vitæ rursus restitui-  
tur mulier, peccatum enorme con-  
fitemur, & confestim obdormiuit in  
Dómíno.

His ita se habentibus quis ho-  
minum non intelligat, & istorum  
verborum, de quibus agimus, sen-  
sum non percipiat? cum enim vi-  
derimus beatissimam virginem,  
pijsimam & clementissimam, non  
tantum in necessitatibus quibus-  
cumque miseris mortalibus opem  
ferre, verum etiam summo opere a-  
pud Deum satagere, ut peccatores,  
& incendium æternum promeri-  
ti, liberentur, quid difficultatis  
modo inesse, aut obscuritatis irre-  
pere posset, in his verbis reuelatio-  
nis B. Simonis, dum dicitur, *Recipe  
tui Ordinis Scapulare, in quo quis mo-  
riens æternum non patietur incen-  
dium?* Quid enim id est aliud dice-  
re, quam cum sancto Damiano,

*ut sup.*

quod ipsa suis interpellationibus, & intercessionibus dat salutem, & ab æterno liberat incendio, quantum in ipsa est, licet tali effectu sese indignum postmodum reddat peccator, propter obstinatam peccandi voluntatem.

Quod si a deo benigna est, & pia Virgo Maria, vt indiscriminatim, miseros homines ab incendio sempiterno eripere enitatur; quanto magis hoc de ijs, qui sacro Scapulari donantur, asserendi subest ratio? Enimuero per hunc sacrum habitum Confratres huius sacræ societatis peculiari modo illius filij constituuntur: *At*  
*Isa. 49* *numquid oblitisci poterit mulier infantem suum, vt non misereatur filij vteri sui?* Videmus namque licet mater aliqua naturaliter erga prolem quamlibet afficiatur, amoris signa exhibeat, & varijs eum alliciat crepundijs, tamen  
 pro-

propriam vteri sui prolem , quis non pluris diligere , ideoque beneficijs & maternis fauoribus amplius complecti , inficias eat ? simili ratione , ostendimus supra, eos, qui sacram nostri habitus confraternitatem subingrediuntur , singulariter beatissimæ Virginis filios constitui, & nominari, quandoquidem *Beatissima Mater Maria visceribus suis Carmelum ordini spiritualiter genuit & ad sua vbera lactauit, vt loquitur Grego. 13. in bulla, vt laudes in calis.* Quis ergo ambigat asserere, maiori cum fundamento & ratione eiusmodi à pœnibus gehennalibus, quantum est ex parte pijsimæ Matris erui, cum hoc de alijs hominibus asserant sancti, quibus nulla cum benedicta Matre correspondet filiatio?

Insuper de hoc extat promissum in hac reuelatione ; nefas igitur est ambigere ; imo Virgini Matri Mariæ iniuriam.

infert, quisquis reluctari non erubesceret, quandoquidem de promisso non reddendo eam incusare videretur quod super hoc extet promissum, nobis apertè constat, ex verbis in reuelatione contentis, quibus ipsa varijs auxilijs & patrocinijs effecturam se ait, vt non infernum subeat, qui in hoc sacro habitu emoritur. Imo tale est promissum, quod sit signo externo firmatum, nimirum sacro Scapulari, velut signo, quo sigillatur, & authenticatur eiusmodi promissum; quod

*S. Tho.* certè vim plenam obligandi, iuxta  
*22. 9.*  
*88. 4. 3* Doctorum opinionem habet.

Subest igitur nobis omnimoda ratio cur asseramus eum, qui sanctæ nostræ Confraternitatis gestat insignia, adiuuari, & protegi, vt æternum non patiat incendium. Non est enim talis beatissima Virgo quæ promissa violet, aut negligat; est enim ipsa testis in cælo fidelis, nisi fortè Confratris alicuius

*Pf. 88.* ingra-

CARMELITARVM. 105  
ingratitude & impietas accedat,  
quæ tale promissum soluat.

Non desunt aliæ præterea ra-  
tiones, cur hoc idem asseramus.  
Sed ne longius aberremus, vnica  
tantummodo tangenda erit: hæc  
verò à similitudine ducitur. Filio  
etenim debetur hæreditas paterna,  
statimque ac dominium aliquod  
consequitur Parens, ius acquirit fi-  
lius suo tempore illud repeten-  
di. Beatissimæ Virginis hæreditas  
est cælestis Ierusalem: Ego, inquit,  
*ipsa in hæreditate Domini morabor in  
Hierusalem potestas mea.* Dominium  
eius est cælum ipsum, quando qui-  
dem cæli Regina fuerit constituta;  
quidni igitur ei, qui Sacrum Sca-  
pulare gestat, tanquam speciali Fi-  
lio, eiusmodi hæreditatem conferre  
non satagar dilecta Mater, ac ideo  
ab incendio æterno liberare, quod  
omnino tali hæreditati opponitur?  
Si enim filij, & hæredes iuxta san-  
ctum Paulum.

Salve igitur Regina, Mater misericordiae, vita, dulcedo & spes nostra saluae. Verè spes nostra, qui signo tuo nimirum sacro Scapulari, velut domestici tui vestiti duplicibus, donati sumus: speramus ab incendio æterno per te eripi: quippe hoc nobis promisisti, modo ex parte nostra haud obstiterit. Absit igitur, ô Domina, absit quod tuis auxilijs & patrocinijs, per obstinatum nostram in peccatis voluntatem nos opponamus. Absit, inquam, immo ad te conuertimur, yt ita verum sit, te adiuuante, & nobis cooperantibus, quod in Sacro-Scapulari morientes, æternum non patiemur incendium.

---

## C A P V T X I.

*Proponuntur aliquot dubia circa prædicta Verba & resoluntur.*

**V**T plenissimè omnibus satisfaciamus, quæ circa hæc verba:

ba occurrere possent, proponenda nobis sunt in hoc capite aliquot dubia, & ea resoluenda, sit igitur primum.

Videntur hæc verba, posset quispiam dicere, subobscura, ac proinde à nonnullis non ita subintelligi possunt. Ad hoc ita est respondendum. Si propter Verborum obscuritatem, ea quæ nobis diuinitus reuelantur, non essent admittenda, plurima sacræ Scripturæ loca, immo maiori ex parte essent de medio tollenda: quod certè quis Catholicorum approbare ausit? imo sublimiora mysteria, & arcana, quæ in sacris elogijs reperiuntur, subobscura sunt, quo ad rectam intelligentiam & legitimum sensum adeoque hoc fidei Catholicæ consonum est, ut hæreticam prauitatem sapere existimemus eum qui sacram Scripturam in ijs mysterijs faci-



lem, & perspicacem esse contendat, ac à cunctis intelligi & penetrari.

*Beo-  
nus in  
cont.  
Bel-  
larm.*

Quantumuis ergo multa passim sub obscura in ijs, quæ nobis diuinitus reuelantur occurrant, non tamè sine ratione id à Deo fieri putandum est. Vult enim per hoc (vt à posteriori aliquid colligamus) vt simpliciores & indocti ad Ecclesiæ Doctores recurrant, quatenus verū ac legitimum sensum ab illis haurire valeant. Sicut enim, in Hierarchia cælesti Angeli inferiores à superiores illuminantur, & mysteriorum plurimorum notitiam accipiunt; ita in Ecclesiâ militante voluit Deus Opt. Max. vt ordo seruetur, & inferiores homines ac simpliciores, à superioribus in scientiâ, & doctrinâ edocerentur.

Quod si à quibusdam non ita hæc mysteria rectè intelligi contingat, quid inde? ipsis vertendum est, non verò scripturis sacris, &

reue-

revelationibus diuinis; cur proprio marte eas interpretari contendunt? cur ad sapientiores non recurrunt? sunt profectò de illorum numero, de quibus sanctus Petrus ait, *in quibus* (videlicet epistòlis sancti Pauli) *2. c. 3.* sunt quaedam difficilia intellectu, quos indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Ideoque licet in huius reuelationis verbis, obscuritatis quippiam contineatur, non propterea de medio tollenda sunt, sed velut reuelata suscipienda sunt, & magni ducenda.

*Secundum dubium posset esse tale.*

Ex his verbis videtur quaedam præberi ansa, & occasio asserendi eos, qui in peccato mortali decedunt cum sacro Scapulari, contra fidei veritatem saluari, quandoquidem ab incendio æterno eximantur.

*Huic ita occurrendum erit.*

Narratur in Scripturis sacris, quod quadam die, sui sacri corporis &

sanguinis mysterium, Christus Dominus, quod sub sanctissimo Eucharistiae Sacramento erat exhibiturus, Discipulis intimare voluit. Incepit dicere, *Qui manducat me, & ipse viuet propter me: hic est panis, qui de caelo descendit, non sicut manducauerunt Patres vestri manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, viuet in aeternum.* Hanc igitur doctrinam, ubi audierunt quidam eius discipuli, dixerunt, *dirus est hic sermo & quis poterit eum audire?* deinde ait facer textus: *Ex hoc multi Discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.*

Dicite modo, an fortassis Christus Dominus dedit eis, & obtulit occasionem abeundi retrorsum? Sanè hoc quis asserat, cum ad mala inducere nequaquam possit bonitas diuina. Sed an fortè verba illa Christi Domini fuere Discipulorum:

CARMELITARVM. III.

lorum. subuersionis ratio ? nec hoc dici potest. Cum ibidem dicat Christus Dominus de illis verbis quæ protulerat, *Verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus & vitæ sunt.* Quid igitur fuit in causa ? nimirum peruersa voluntas, & malè affectus discipulorum animus, erroneaque verborum Christi Domini intelligentia & interpretandi modus. Ibi enim dicitur, *Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quidquam.* Quali diceret. Vos secundum carnem ambulatis, & verba mea secundum carnem dijudicatis; sed aberratis, *Spiritus est, qui viuificat,* spiritualiter interpretanda sunt hæc verba, & sic in illis mirabilem, & viuificantem succum comperietis.

Eodem modo de plurimis alijs sacræ Scripturæ locis discurrere possemus; cum dixit Christus Dominus, *Qui credit in filium, habet vitam æternam.* Rursus. *Fides tua*

*Ioan. 3.*

*Luc. 7.*

*te saluum fecit.* Quis ex his locis tot hæreticis aberrandi dedit ansam? nisi partim p̄ ruerſa eorum voluntas, partim propria & ex cerebro suo deſumpta Scriptura um interpretatio:

Sic igitur in præſenti: ſi quipiam occasionem accipiunt malè interpretandi hæc verba, nimirum, *in quo moriens æternum non patietur incendium.* Vnde hoc provenit? proſectò non ex parte beatiffimæ Virginis, quæ nullius mali cauſa eſſe poteſt: non ex parte verborum, *ſpiritus enim ſunt & Vita.* Vnde igitur? in quibuſdam ex parte voluntatis peruerſæ, & animi malè affecti; in alijs, ex parte propriæ interpretationis, ſapientum & antiquorum Patrum ſenſum de medio tollentis: In alijs ex parte ſenſualitatis, & amoris proprij, opera ſancta exercere recuſantis, & in ſacro Scapulari præſumptuoſè nimis confidentis. Denique in alijs ex parte cuiuſdam

dam liuoris, & arrogantiaē insolenter, & sine fundamento multa corrodentis, &c.

*Tertium dubium esse potest.*

Si quispiam dicat, non est necesse eos, qui sacrum Scapulare gestāt, suæ salutis anxios, & sollicitos esse, immo nec alia bona opera, ijs esse exercenda: quippe sufficiens est Scapulare, in quo moriens æternum non patietur incendium.

Non absimili modo solent nostri temporis hæretici loqui, dicunt sic, dixit Christus Dominus, *vt omnis Ioan. 3. qui credit in eum, nempe Christum, AB. 10. non pereat, sed habeat vitam æternam.* Rursus: *Huic (nempe Christo) omnes Propheta testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere omnes, qui credunt in eum.* Rursus. *Qui crediderit saluus erit.* Igitur, aiunt illi, sufficiens est sola fides ad salutem æternam, ad quid igitur tot opera bona, tot ieiunia Catholicorum, tot abstinentiæ, tot vigiliæ, tot orationes,

*Marc. vls.*

nes, tot supplicationes, & alia huiusmodi?

· 6. 2. 0

O maledicta lingua, quæ hæc verba ore satanico euomit! Audi Apostolum; *Quid proderit, inquit, Fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides saluare eum?*

12 Rom. 3.

· 10.

Vnde sanctus Chryostomus. *Nunquid, ait, Satis est ad vitam æternam in Filium credere? minime. Non enim omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum nam si in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum rectè credideris, non autem rectè vixeris, nulla tibi ad salutem utilitas.*

Eodem planè modò sciant, quicumque sacrum Scapulare gestant; non satis esse illud gestare, ut ab incendio liberentur æterno, aliud prætereà requiritur ex parte ipsorum, nimirum bona, & sancta vita; non enim dixit B. Virgo Maria, in  
hoc

CARMELTARVM. IIS

hoc solummodo moriens æternum non patietur incendium: ad hoc ut ostenderet, ex parte sacri Scapularis tibi quidem fore auxilium ne æternum patiaris incendium: verumtamen requiri ex parte tua, ea quæ sunt necessaria ad fælicitatem æternam consequendam; sicuti supra diximus, quantumvis sit dictum, *Qui crediderit saluus erit, tamen requiri opera bona, præter fidem ad salutem.* Ita scito de Scapulari: non enim auxilium tantummodo beatissimæ Virginis te saluabit, *sed qui creauit te sine te, S. Aug. non saluabit te sine te.* *Maro: vls.*

Sunt igitur sacræ Scripturæ verba vero & legitimo sensu interpretanda, multi enim perierunt, immo utinam tot indies ex Lutheranis, & Calvinistis, alijsque eiusdem farinae hominibus non perirent, quia non rectè, sed tantum secundum corticem apparentem, & externam litteram, sacra  
 elogia.



elogia & interpretati, & amplexi sunt, *littera etenim occidit, iuxta Apostolum, Spiritus autem vivificat.*

Non ergo tibi tantum externa ista verba prout sonant, sunt intuen- da, quibus dicitur, quod *in hoc moriens, aeternum nō patietur incendium:* sed medulla attendenda, id est secundum spiritum, interpretanda, & prout à sanctis Patribus & tota antiquitate similia sacrae Scripturae loca, nobis fuere exposita.

*Quartum & postremum dubium esset huiusmodi.*

Hinc nimis commendatur auxi- lium & patrocinium Beatissimae Virginis, adeò vt in eo nimis confi- si, qui sacro Scapulari donantur, cæteris omnibus supersedeant, & solum illius auxilium præstolen- tur.

*Simile est hoc dubium præcedenti.*

Et sanè nullus B. V. Mariæ patro- ciniū commendare potest sufficien- ter.

ter, licet omnia eius membra in linguas verterentur: *Quis enim misericordia eius longitudinem, latitudinem, sublimitatem & profundum queat inuestigare, quâ nobis auxiliatur & succurrit?* S. Ber.

Sed hinc aberrant, qui nimis sibi confidunt: sicut enim, si quis dicat ait Augustinus, *quia misericordia Dei omnibus peccatoribus in quibuslibet peccatis perseverantibus, tantum credentibus, quia Deus liberat, Deus ignoscit, ita parata est in finem, ut nemo pereat fidelium iniquorum, id est, nemo pereat eorum, qui sibi dicunt, quidquid vis faciam, quibuslibet facinoribus & flagitijs inquiner, quantumlibet peccem, liberat me Deus, misericordia sua, credidi in eum: qui ergo ait sanctus Augustinus, neminem perire talium, cogitatione mala inclinatur, in impunitatem peccatorum: pari ratione decipiuntur, quicumque ex confratribus sacri Scapularis, aiunt,*  
etiã sibi

etiamsi mille flagitijs & peccatis me coinquinem, etiamsi pessimè vitam instituam, tamen ab æterno incendio liberabor: sufficit enim Beatissimæ Virginis patrocinium, quòd ratione Scapularis promittitur.

Errant inquam, huiusmodi homines, qui ita cum hæreticis reuelationum diuinarum verba accipiunt: errant & toto cælo aberrant, & in nouissimo die Dominus eos suffraginabit. Fides enim Catholica ex parte hominis requirit, vt bonum operetur, *Si vis* ait Christus Dominus, *ad vitam ingredi, serua mandata.* Licet igitur cuilibet Scapulare gestanti patrocinium pijsimæ Virginis adsit, eundem tamen necesse est ex sua parte suæ salutis cooperari, vel benè viuendo, vel certè cum actu pœnitentiæ finalis vitam terminando.

Immò tantum abest, vt ex his B. Simonis reuelationis verbis colligatur,

gatur, id, quod impij & peruersi homines sese colligere affirmant; nimirum liberè esse peccandum, neque pœnitendum ijs, qui ferunt Scapulare: tantum, inquam, abest, vt illud colligatur, quin potius ex illa reuelatione opera bona, pœnitentia, ieiunium, oratio, deuotio, cæteraque eiusmodi colligantur.

Quod ita sit: videte; diximus hæc verba, *in quo quis moriens æternum non patietur incendium*, ita esse intelligenda; vt quantum sit ex patrocinio & auxilio B. Virginis, quod hic promittitur, ætœnum non sit passurus incendiū, qui sacro Scapulari donatur: vnde si auxiliū ex parte B. Virginis offertur: signum est homini ex parte sua aliquid esse operandum; non enim adiuuari dicitur, nisi qui ex parte suā aliquid efficere nititur. Vnde S. Augustin. *nomen adiuuoris prescribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis.*

Ser. 13.

de ver.

Apost.

Eo igitur ipso quo dicitur Beatis-  
 simam Virginem, Confratrem  
 nostrum adiuuare, eo ipso supponi-  
 tur ab illa, eiusmodi homini aliquid  
 efficiendum esse ad vitam æternam  
 consequendam, eique esse commit-  
 tendum, vt per actus contritionis &  
 penitentiaæ cæterorumque bono-  
 rum operum, salutem suam opere-

ricut enim licet Deus operetur  
 in omnibus in negotio salu-  
 minis, præparando eius volû-  
 & præparatam adiuuando, vt  
 Augustinus: tamen cum  
 hominem debere suæ salu-  
 erari, pari ratione: licet ha-  
 beatissimam Virginem ex  
 morientem cum sacro  
 adiuuare: remanet tamen  
 per opera pia & bona de-  
 spondere. Ex his itaque  
 quomodo ex hac reuela-  
 tantum pietas, & miseri-  
 ginis commendetur, sed  
 iuxta

in xta sacrae Scripturae & sanctorum  
Patrum doctrinam opera bona ad  
salutem requirantur.

## CAPVT XII.

*Hac veritas miraculis nonnullis  
ostenditur.*

**N**on esset necesse vberius ea,  
quae haecenus diximus, scri-  
ptis confirmare, sat enim totus  
orbis clamat, qualia auxilia, & pa-  
trocinia, Confratres Beatissimae  
Virginis de monte Carmelo, varijs  
temporibus fuerint experti, ac  
proinde verissimum esse, quod di-  
ximus, morientem in sacro Scapu-  
lari ab incendio infernali eximi,  
quantum est ex parte eiusmodi pa-  
trocinij.

Verumtamen non abs re er- si  
nonnullis exemplis, & mir- s i-  
dem statuamus, quae hi- s su-  
perioribus, & vltimis, igere:  
antiquiora etenim ref- & ni-  
F mis

mis prolixum foret, & superfluum, cum alij tot libri ijs superabundent.

Ante paucos annos Paduæ in Italia contigit iuuenem quendam liberioris vitæ licentiam ingredi, seque varijs flagitijs & criminibus inficere; hic à noltris Patribus paulo ante sacro Scapulari fuerat donatus, & beatissimæ Virginis Confraternitati adscriptus. Quadam die sui peccæsus, sibi que, vt ait Regius Propheta, factus grauis, in desperationem adducitur (quippe vermis ille malæ conscientiæ, mirum in modum peccatores corrodit, & dilacerat) ingreditur cubiculum, vestibus se exiit, & pugionem præmanibus arripit, remanserat tantummodo sacrum Scapulare, supra indusium, & ecce perditus iuuenis, ictu validissimo pectus propriū percutit, vbi adhærebat sacrum Scapulare. Mirum dictu, nihil efficitur, sed pugio ad sacri Scapularis præsen-

fentiam hebetatur; apprehendit secundo desperatus Iuuenis pugionē, & repercutit, nec quidquam efficit; tertio aggreditur, sed pugio, naturalis nocumenti oblitus, non ingreditur. His ita peractis extemplo operante auxilio & patrocínio Virginis Mariæ cōpungitur, & culpā Cōfessario confessus, meliorē vitā aggressus est, non alteri nisi sacro Scapulari illud miraculum attribuens. Hunc Iuuenem & vidisse, & cognouisse quidā ex nostris cōtestatus est, sibiq; ab illo hoc fuisse enarratum.

In Flandria superioribus annis in obsidione Bredanā, quidam miles, vexilliferi partes agens, à nostris sacro Scapulari donatus fuit. Hic sicut & generosus miles erat, ita liberius periculis sese exponebat. Quadam vice cum frequentius, hostēs globos ignitos eiacularentur, forte fortuito, ecce vnus directus recto tramite ad hunc militem aduolat; mirabile! Vbi hic



globus ante eum constitit suarum virium oblitus, ante pedes dicti militis absumitur, & in terram proci- dit, cum tamen sicut idem deposuit eiusmodi globus tantæ adhuc ve- hementiæ fuisset, vt in longum pro- trahi, & plurimos interimere va- luisset.

Hic postmodum terram deoscu- latus, & brachia in altum extendens, infinitas illico grates Beatissimæ Virgini de monte Carmelo repe- dit. Falsus etenim fuit se in peccato lethali tum temporis extitisse, ac vbi præsens globi illius aduen- tum, & confestim in corde no- men Beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo inuocasse ne sic in peccato moriretur. Ita hic depo- suit, & nostri Patres in Flandria di- ligenter inquirentes, & ab alijs mi- litibus, qui præsentibus fuerant te- stimonia accipientes, pro comper- to rem ita successisse habuêre.

Nuper eodem modo quidam  
miles

miles propter nonnulla flagitia  
 mortì adiudicatus fuit: nempe, vt  
 ficuti in bello moris est, non torto-  
 ris manu vitã finiret, sed vt sclope-  
 torũ globulis à cõmilitonibus traij-  
 ceretur; aggrediuntur ex mandato  
 Chiliargæ deputati milites, & glo-  
 bos emittunt; at globi vbi ad militẽ  
 mortì adiudicatũ pertingebant oēs  
 sine vlla læsione in terrã defluebãt;  
 nec possibile fuit vllum reo afferre  
 nocumentum; mirantur adstantes,  
 stupet Chiliarga, quæ subsit ratio,  
 inquiritur; nec aliud quidpiam po-  
 tuit adducere reus, nisi quod sacrũ  
 Scapulare beatissimæ Virginis de  
 monte Carmelo gestaret. Quo viso  
 libertati donatur, sui que facti pos-  
 nitens, meliorem vitæ rationem  
 instituit. Hoc miraculum vidit  
 quidam ex nostris. Alia plurima  
 afferrem, sed vltra propositum nos-  
 ipsos extenderemus. Profecto his  
 annis vltimis tot in Belgio, præ-  
 fertim Antuerpiæ, & alijs in ciuita-  
 tibus

tibus, immo & in Italiâ, & in Germaniâ contigere, vt etiam volentibus nolentibus fatendum sit morientem in sacro Scapulari, non passurum incendium, quoniâ B. V. M. adiuuat, intercedit, instat apud vni-  
genitum suũ, ne quispiam ex Cõfratribus in peccato mortali emoriatur.

---

### C A P V T XIII.

Explicantur alio sensu prædicta verba, *in quo quis moriens æternum non patietur incendium.*

**T** Ametsi his capitibus satis abundè explicauerimus, quomodo hæc verba, & in quo sensu sint accipienda, attamen ob maiorem Confratrum consolationem, & doctiorum hominum satisfactionem, alteram in hoc capite breuissimè quidem, attingemus explicationem: & ex illa elucebit, quanta mysteria

steria in his verbis Deiparæ Virgini-  
nis , & arcana emolumenta lati-  
tent.

Vt autém omnia benè percipian-  
tur, sciendum est eos, qui hunc ha-  
bitum Carmeli gestant, fieri om-  
nium bonorum spiritualium eiusdè  
Ordinis participes, sicut infra par-  
tebit; proinde pro quolibet Con-  
fratre specialiter valét, in conspectu  
Domini, omniù Religiosorum me-  
rita, austeritates, ieiunia; abstin-  
tiæ, lachrymæ, flagella, protractæ  
vigiliæ, orationes, sacramenta, mis-  
sarum sacrificia, suspiria interna,  
virtutum tum moralium, tum spiri-  
tualium actus, cæteraque huius-  
modi.

Quodque magis notandú, adeo  
nobis sacri Scapularis Confratres  
sunt commendati, vt in tota nostra  
sacra Congregatione, ea omnia di-  
uinæ Maiestati offeruntur, ea in-  
tentione, vt si talis Confrater pro  
quo hæc offeruntur, sit iustus.

& Deo acceptus, magis ac magis in iustitiâ & sanctitate perficiatur, vt sic perseuerans gaudijs cælestibus remuneretur; sin minus, nimirum si talis in lethali peccato extiterit, ac proinde in damnationis statu, à Domino gratia cælesti præueniatur, & pristino statui restituatur.

Inde fit, iuxta sanctorum Patrū & sapientum doctrinam, vt nostri sacri Ordinis Religiosi in Dei gratia existentes Confratribus in peccato existentibus promereri valeāt gratiam salutarem, merito, vt aiūt Theologi, de congruo, id est, congruum est, & diuinæ bonitati consentaneum, vt quia Religiosi bene viuendo, Dei voluntatem implent, pari modo eorum voluntatem, Deus Opt. Max. compleat, quatenus pro Confratrum saluatione deprecantur, & intercedunt.

Huius rei egregium sanè in scripturis sacris exemplum reperimus. Cum ex finibus Garasenorum  
ascen-

ascendisset Dominus in nauiculam & transfretasset, ac in suam ciuitatem remigasset, quidam ex populo Paralyticum obtulerunt ei iacentē in lecto, & videns, ait sacer textus, *Iesus fidem illorum dixit paralytico, confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* *Mat. 9* Ecce quomodo fidei intuitu, quæ nimirum per dilectionem operatur, hic paralyticus, non tantummodo ab infirmitate corporali, sed ab animi veterno & maculâ eximitur. Ita congruum est visum Christo Domino, vt petenti verè, ob paralytici salutem populo annueret, propter amicitia legem, nõ tamen iustitiæ:

Simile quid de Confratribus B. Virginis de monte Carmelo dicendum venit. Subinde namque paralyticus quidam reperitur ex Confratribus, id est, vitæ sceleratæ, & ad perditionem æternam trahentis. Quid fit? Offeruntur Deo orationes, & bona opera, pro eius-

modi Cōfratris salute à nostri Ordinis Religiosis, quorum vt diximus merita à superioribus eâ intentione fuere applicata ; & inde fit quod neque necesse sit scire in particulari, quisnam vel quando huiusmodi Confrater, sit in peccato mortifero : eum assiduè prædicta merita acquirantur & applicentur.

Contingit ergo vt sæpenumero paralytici huiusmodi peccatum remittatur, & is ad meliorem frugem reparatur. Quod adeo verum est, vt propter alicuius hominis iusti merita, & opera sancta, interdum Deus Opt. Max. homini in peccatis existenti gratiam impertiatur, quâ aliàs ipsemet peccator non fuisset consecuturus ; quia nimirum, non ita vehementibus & efficacibus auxilijs, à Deo fuisset præuentus, & excitatus ; sicut præuenitur & excitatur propter hominis iusti merita, sed potius alijs minoribus

C A R M E L I T A R Ū M. 137  
ribus, quibus non fuisset fortè re-  
sponsurus.

Quod si interdum non conuer-  
tantur nonnulli Confratres, qui in  
peccata fuere prolapsi: eorum pe-  
nitus est culpa; propter eorum ni-  
miam, in peccatis obstinatam, vo-  
luntatem, nolunt etenim iustis pro:  
illis intercedētibus, & orantibus ex  
parte sua cooperari, immo Deo sic  
ad salutem vocanti resistunt, obsti-  
natè in peccatorum suorum volu-  
tabro permanere & putrescere sibi  
eligentes.

Totum hoc nobis satis insinua-  
uit Spiritus sanctus per prophe-  
tam Hieremiam. *Si steterint, inquit,  
Moyses & Samuel coram me, non est  
anima mea ad populum istum. Quasi  
diceret, scio Moysen & Samuelem  
iustos esse, ac proinde apud me  
magni meriti: ideoq; quotiescumq;  
pro populo quidpiam deprecantur,  
congruum esse iuxta amicitiaē*



Leges, vt illis concedam; Verumtamen ex alia parte video obstinatam huius populi voluntatem, & peculiarem resistantiam, qua mihi se opponunt, proinde fieri non decet, vt ijs nolentibus salus animæ restitua-  
tur, neque vt erga eos afficiar. Eodē modo dum Confrater sacri Scapularis, de sua salute parum, vel nihil sollicitus, peruersam & contumacē peccandi consuetudinem, & voluntatem retinet, vix illi nostri Ordinis preces & orationes ad salutem efficaciter profunt, ipso resistente & nolente.

Ex his intellectu erit facilē, quoniam modo quis moriens in sacro Scapulari æternum non patietur incendium. Cum enim sacrum Scapulare sit id, ratione cuius Confratres, eiusmodi meritorum, & bonorum operum vniuersi Ordinis nostri fiant participes, quorum intuitu Deus Opt. Max. morientem aliquē in peccato ex Confratrum numero,  
maio.

C A R M E L I T A R V M. 133  
maioribus gratijs afficit , quam  
alias afficeret, si moriens vtatur, &  
sefe coadiuuet, saluti restitatur,  
quidni iure merito dicatur, quod in  
hoc moriens æternum non patien-  
tur incendium? quippe ex parte Sca-  
pularis nihil deest, quominus hu-  
iusmodi fælicitatem æternam asse-  
quatur, cum præter intentionem  
sit, & vt aiunt, per accidens, quod  
hic obicem, & impedimentum, ro-  
tantorumque meritorum effectui  
opposuerit.

---

#### C A P V T XIV.

Explicantur alia verba nimirum  
*Ecce signum Salutis.*

**V**T horum verborum clarior  
detur intelligentia, est præ-  
supponendum, Dominum  
Deum in sacris elogijs, passim ho-  
minibus speciales gratias & benefi-  
cia concessisse. mediantibus qui-  
busdam

buldam signis visibilibus & exter-  
 nis. Quod utique rectè annotavit  
 3.p.9. Diuus Thomas, dicens, *conueni-*  
 6.4.1. *ter diuinam sapientiam homini salu-*  
*tis auxilia conferre, sub quibusdam*  
*corporalibus, & sensibilibus signis.*  
 Sic in veteri testamento, per signū  
 Circumcisionis, Hebræos speciali-  
 ter sibi in gentem adoptauit, eisq;  
 varias gratias, & dona contulit. Sic  
 etiam in Lege Euangelica, per sa-  
 cramenta hominibus influit spe-  
 cialiter, & sua dona, & fauores cæ-  
 lestes communicat. Et quamquam  
 sit diuersa ratio inter hæc signa;  
 quædam etenim efficiunt, quod si-  
 gnant; alia verò tantum figurant &  
 significant, veluti secundum proba-  
 biliorē sententiā de circumci-  
 sione, est asserendū: hoc tamen cer-  
 tum est, nulla signa huiusmodi ex  
 naturā suā, speciales illas, & su-  
 pernaturales gratias impertiri, sed  
 ex virtute Dei. Quod optimè do-  
 cuit citatus doctor: asserit enim res-  
 sensi-

sensibiles, ex naturâ suâ habere sibi inditas virtutes, ad corporalem salutem: at vero ad effectus supernaturales non ordinari ex aliqua virtute sibi naturaliter indita, sed solû ex institutione & determinatione diuina, ideoque debere diuinitus determinari.

His ita se habentibus, pro comperito habetur sacrû Scapulare, esse signû, vt supra retulimus: ideoque tametsi varia gratiæ, & ad salutem auxilia ijs, qui illo induuntur, comunicentur; non tamen hæc omnia quæ sunt diuina, & supernaturalia, continet in seipso: sed à Deo Opt. Max, conferuntur, meritis & precibus V. Mariæ, mediante tamen illo signo velut conditione appositâ: ex parte hominis, & sigillo dato ex parte piæ Matris; quo nimirum sigillatur & (vt sic loquar) authenticatur auxilium ab ea promissum, in reuelatione B. Simonis. ¶

Sed posset quispiâ animalis nimirum

rum, homo, & parum spiritualia sapiens; interrogare? ad quid Scapulare? cur pannum necesse est deferre, ut per merita Beatissimæ Virginis, homini varia gratiarum & cælestium charismatum dona infundantur? possunt sine tali signo hæc à Deo transfundi; meminerit qui sic loquitur, Scripturarum sacrarum. Cur quæso Abraham & Posteris eius usque ad salutariferum Christi Domini aduentum, necesse fuit Circumcisionis signum? poterat quippe Deus Optimus Max. ijs illa conferre, sine circumcissione, quæ mediante illa contulit? cur serpentem æneum in deserto necesse fuit à Moyse erigi, ut quicumque ex Hebræis illum intueretur à serpentum ignitorum morfu sanaretur? poterat quippe sine huiusmodi signo eos liberare, cur denique in noua lege, tot sacramentis opus est, velut signis visibilibus, quibus mediantibus, immo & effi-

entibus sua dona, & diuitias cœlestes elargitur Deus? poterat quippe sine talibus signis, hæc omnia præstare. Vult igitur, & quædam signa instituit visibilia, diuina Maiestas: vt per illa hominem ad rerum occultarum notitiam manduceret, & excitaret; suaque promissa per illa, velut per sigilla firmaret: immo cur in mundo tot stemmatibus vtuntur viri nobiles? cur Hispaniarum Magnates vellere aureo? cur alij alijs signis? Simili ratione licet sacrum Scapulare suâ virtute, cœleste auxilium & gratiam non conferat, attamen est id, quò manducimur ad cognitionem eorum, quæ promisit Deipara in reuelatione B. Simonis, & ideo nequaquam inutile signum dici potest. Quis enim circumcisionem signum inutile fuisse dicet, cum tamen tantum signaret & figuraret peccati originalis remissionem, quam ad præsentiam talis signi Deus operabatur.

*S. Aug.  
l. 16. de  
Ciuit.  
Dei. S.  
Bern.  
ep. 77.*

Quem-

Quemadmodum enim, si Rex Chirographum sigillo munitum, alicui impartiretur, ad cuius exhibitionem Rex potentissimus ac fidelissimus statim exhibere obligaretur, & certò etiã exhibiturus esset pecuniæ solutionem: quis hoc Chirographum esse inane, esse inutile, nulliusque firmitatis assereret, eò quod pecuniæ solutionem non operaretur, ex sua virtute: sed tantummodo velut signum se haberet? Hac similitudine sacri Scapularis dignitatem pulcherrimè possumus explicare. Est enim velut Chirographum sigillo munitum, quo B. Virgo sese, auxilia & fauores diuinus præstare ijs, qui tale chirographum sibi fuerint consecuti, obligauit & sponte adstrinxit. Qua de re, cum Scapulare sit id, quo eiusmodi beatissimæ Virginis subsidia & patrocinia signentur, quibus si attendat, & ex parte sua cooperetur quispiã. Confratrum, beatitudinem cælestè  
adi-

adipiscatur; quidni eiusmodi signū, rectissimè signum salutis nuncuparetur?

A simili res patefiet; contingit sæpe numero in aula regiâ, inter cæteros quempiam ex nobilibus aulicis longè chariorem esse Reginæ. Si verò eiusmodi Regina dicto nobili stemma aliquod, vel signum impertiretur, quo patrocinijsui, & fauoris specialis apud Regem exhibendi certior redderetur, quatenus ad honores & dignitates facillè esset promouendus; an non illud stemma rectissimè signum honoris & dignitatis diceretur: cum tamen primo & principaliter Reginæ patrocinium & auxilium connotet, quo mediante ad tales honores ille prouehatur. Non absimili ratione de sacro Scapulari dicendum est. Scimus quolibet è Confratribus eo ipso quo hoc habitu donatur, amicum, immo filium longè chariorem Beatissimæ Virginis constitui

ac



ac proinde patrociniū speciale deberi, quo facilius eo volente, & non negligente, sed allaborante salutem æternam consequatur. Iam vero Regina cœli signum dedit, sacrum nimirum Scapulare, quo talis patrociniij redderet certiolem: rectissimè igitur eiusmodi signum, salutis signum nominatur, quantumuis primo beatissimæ Virginis subsidium insinuet, quo mediante (si quispiam suis partibus non desit) cœlestem dignitatem, & brauium obtineat.

Ex hoc intelligent Confratres nostri stemmatis sui sublimitatem & excellentiam; est namque stemma Marianum, quo quid nobilius? si ab huius mundi hominibus, vel lere aureo, à Rege terreno donari magnipenditur; quanto magis sacro Scapulari à Regina Cœlorum? velleris aurei stemmate redimiri, laudabile & nobile esse potest duplici ex capite: primò quia à potentissimo

tissimo Rege, vt est Hispaniarum Rex, tale stemma confertur: secundo, quia hi qui tali stemmate donantur; Hispaniæ Magnates constituuntur, summisque honoribus extolluntur. At quid habet vellus aureum cum sacro Scapulari? Si queramus à quo donetur? à potentissimâ Reginâ; à sanctissimâ Virgine Mariâ: quâ quid potentius in hoc sæculo? Audite sanctam Bonauenturam hanc Virginem quomodo alloquitur. *Quia Dominus, ait, potentissimè tecum est, ideo & tu es potentissima secum: & per ipsum potentissima, apud ipsum potentissima: ita vt verè dicere possis illud, in Ierusalem potestas mea.* Immò S. Bernardus plus ait: *data est tibi ô Domina, inquit, potestas in celo & in terra, vt quidquid volueris, valeas efficere.*

Si verò perscrutemur quo honore & dignitate polleant ij, qui hoc sacro Scapulari induuntur; non quidem Hispaniæ Magnates, sed Vir-  
ginis

ginis Mariæ filij constituuntur: quo  
quid sublimius, quid optabilius?  
istud, satis ostendimus supra.

*Exemplum primum.*

Hanc rem exemplis illustremus  
vt ita fidelium cordibus magis ac  
magis intimetur. De sancta Angela  
Raymundi Regis Bohemiæ filia  
narratur; cum esset in aulâ regiâ, &  
tot regalibus indumentis adorna-  
retur, tot pretiosis margaritis & v-  
nionibus calamistrata incederet: ta-  
men hæc omnia forti animo despe-  
xit, vt solo sacri Scapularis stem-  
mate donari mereretur. Quippe  
in Chronicis nostris habetur: cum  
hæc sancta Pragæ, cum Parente Re-  
ge moraretur & à Patribus nostris  
qui tum temporis quoque in eadē  
ciuitate residebāt, audiuisset B. Vir-  
ginem sacrum quendam habitū cæ-  
litus (qui Scapulare nuncupabatur)  
vni ex Patribus Carmelitis conces-  
sisse, iāque Galliæ Regem S. Ludo-  
uicum, & Angliæ nimirum Edu-  
ardum

ardū eo donatos fuisse : illa sicut B. V. deuotissima erat, non est quoque passa. vt sacro suo habitu careret.

Quapropter extemplò Nostros euocat, supplex hoc sacro habitu donari instat; quod vtique factū est, magno totius Ciuitatis pragēsis fructu, namque plurimi inde alij confestim, idem exemplum secuti, Cōfratrum albo sese adscribere. Mirū dictū, quanto exinde hæc Virguncula Angela mutata fuit: hinc non amplius vestes aureæ & argenteæ, non amplius ferta pretiosa, non amplius torques nobilissimæ collo appendæ placebant: in solo Scapulari gloriabatur, veluti in stēmate cęlesti: & ita res sese habuit, vt nō contenta sacro Scapulari, sed insuper ab Ordinis nostri superiorib. enixè postularit vt relicto mundo nostrarū Monialium, quarum amplissimum erat tūc Pragæ monasteriū, numero adscriberetur: quod ij, dato Regis assensu, annuerc. Ingressa illa, alia-

aliarum exemplar fuit, nec Angelam amplius Regis filiam spectasses, sed Angelum de cœlo missum credidisses: tanta erat virtutum eius, Castitatis, humilitatis, obedientiæ, patientiæ, cæterorumque bonorum spiritualium eminentia.

O quàm sapiebat hæc Angela! si ita hoc tēpore mortales saperēt, non tot malis & peccatis aditus fieret; non tot vanitatibus, quæ passim in orbe cernuntur, recrearetur, imo satiaretur Infernus: non tot puellarum voluptatibus exultarent Dæmones: sacra Monasteria, & sacrarum Virginum claustra replerentur: deuotio zelaretur, templa non curiositatis, sed solo pietatis sine frequentarentur, & ita Deo gratum redderetur, & Beatissimæ Virgini.

Sed prô dolor! hæc non capiunt multi, sed in interitu suo volentes, nolentes capient: vexatio dabit illis intellectum in pœnis illis inferna-

CARMELITARVM. 145  
fernalibus; sed nimis sero, tunc nã-  
que nulla amplius redemptio.

*Exemplum secundum.*

Narratur similiter in Chronicis nostris: quod magnum illud Hispaniarum Decus Alphonsus de la Cerda Alphonsi Castiliæ Regis filius, cum in Gallia degeret, & apud sanctum Ludouicum, Galliarum Regem tutorem suum moraretur: intellexit Regem, sacrum habitum de monte Carmelo assumpsisse: nec mora, è vestigio ille ad nostros Patres aduolat, sacrum habitum, seu Scapulare petit, & detractis aureis catenis, collo appendit. Immo ita hunc sacrum habitum magnifaciebat, vt coram Principibus & Aulicis Nobilibus, in hoc solo stemmate licitè & sanctè superbiret, non superbia mundi, sed sacræ rei dignitate & excellentia.

Adeo verò hic habitus meritis & auxilijs beatissimæ Virginis, in

hoc Iuene fuit efficax, vt ex tempore vitam in melius emendarit, & in Hispaniam regressus, religiosissimè vixerit.

*Tertium exemplum.*

Quadam die, cum Nostra sancta Mater TERESIA, Ordinis Carmelitici opportuna Restauratrix, altissimæ contemplationi, prout asseuerat, dedita, simplici quidem, sed miro intuitu veritates æternas, secum ipsa perpenderet, adfuit ei Beatissima Virgo Maria, Paranymphorum plurimorum cælestium choris comitata, & eius collo, nobilissimam torquem auream, super sacrum Scapulare circumdedit: quo ostenderet excellentiam, & huius sacri habitus pretium: vt qui pannus hominum oculis apparet, cælestibus incolis, aurum mundum, & purum æstimetur.

Ex his & alijs eiusmodi agnoscunt Confratres, sui habitus præstantiam. Vident quemodo Regū filij

flij, & filia, detractis pretiosis indumentis, & purpuratis auroque vermiculatis paramentis, hoc stemma sacri Scapularis assumpsere; immo quomodo Cæli Regina, per torqué sanctæ TERESIAE impostam, eius eminentiam edocuerit. Quid igitur hoc signo nobilius?

Procul igitur hinc terrena stemmata, ô Beatissima Virgo, mundo & eius sequacibus relinquatur: sufficiat nobis tuum cæleste stemma, quo filij tui constituimur. Venite igitur, quicumque Virginem Mariã diligitis, venite, emite absque auro & argêto pretium incommutabile, stemma cæleste, signum Mariæ.

## CAPVT XV.

Explicantur sequentia verba, Revelationis nimirum, *Salus in periculis.*

**N**otum est, quot & quantis periculis, sit exposita vita  
 G 2 ho-



*S. Tho.* hominis: est enim homo in huius vi-  
*1. 2. 9.* tæ statu constitutus, quasi in quadã  
*13.* viâ, quã ad patriam ei est tendendũ,  
 in quã equidem viâ, pleraque ho-  
 mini pericula imminent, tum ab in-  
*Pf. 14.* teriori, tum ab exteriori, iuxta il-  
 lud: *in viâ hac, quã ambulabam, absco-*  
*derunt laqueum mihi:* De his aliquid  
 innuebat Apostulus cum diceret,  
*se in plurimis versatum fuisse, nimirũ*  
*in periculis fluminum, periculis latro-*  
*num, periculis ex genere, periculis ex*  
*gentibus, periculis in Ciuitate, periculis*  
*in solitudine, periculis in mari, periculis*  
*in falsis fratribus.*

Et sanè, ita est: etenim vita no-  
 stra ita fragilis est, vt singulis mo-  
 mentis periclitemur, & in discrimi-  
 na adducamur, & sanè, quæ fortitu-  
 do in carne? quæ securitas potest es-  
 se diuturna? hodie vides adolescen-  
 tem validum, pubescentis ætatis  
 vigore floridum, grata specie, sua-  
 ni colore, crastina die ecce mor-  
 tuus ad tumulum portatur. Cur?  
 Repen-

Repentino casu occisus; gladio peremptus: ægritudinis acrimonia correptus: ædificij ruina suppressus: veneno consumptus, vel simili vitæ nostræ periclitantis miseria affectus.

Inde vero fit, vt homines vitæ diuturnitate auidi, tot remediorū genera requirāt, quibus ab eiusmodi periculis & malis ingruentibus protegantur: immo videre est plurimos omnia sua consumere, atque ad extremam inopiæ metam redigi, vt varia sibi comparent media, quatenus in longius vitam producant: tantæ molis est vitam postmodum periturā conseruare! Quod cum ita sit: est diuinum oraculum: sacrum Scapulare esse præsentissimum remedium, & salutem in periculis: prout B. Virgo Maria B. Simoni promisit.

Immo res ipsa per se loquitur: totus enim mundus, & superioribus sæculis vidit, & obstupuit, quo-

modo nostri Confratres, ex tot vitæ periculis, & casibus ingruentibus euasere. Ab eo namque tempore, quo hic sacer habitus, cum tali promissione à Beatissima Virgine Maria fuit de cælo collatus, mirum dictu est, quot, eo mediante, ab infirmitatibus corporis conualuere; ab ædificiorum in præceps abeuntium ruinâ euasere; sclopetorum ictibus immunes fuere: ab animalium rabie & feritate: à naufragijs: ab hostium insidijs à fluminum & puteorum submerlione? à latronum insultibus: à nefandis dæmonū infestationibus, & impijs superstitionibus, & ( vt verbo absol-uam) ab innumeris malis, & huius vitæ periculis, liberati fuere? de singulis innumera propemodum exempla adduci possent: sed breuitati studeamus nonnulla propter rei nouitatem repetemus, quæ his vltimis annis contigere.

*Miraculum primum.*

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo, in Coloniae Agrippinae ciuitate, quidam iuuenis mirum in modum toto corpore exagitabatur; nonnulli phrenetico morbo, alij magicis, & diabolicis artibus adscribebant; parentes, filij aliàs charissimi casum affectu tenero condolentes, de opportuno salutis remedio consulebant; varijs remedijs tentant, an infirmo salus recuperari posset. Interim istis nihil iuuantibus, innotuit Parentibus quemdam miris & occultis artibus eiusmodi infirmitatibus mederi; accersitur confestim, & vt artē suam in filium exerceat enixè mercede oblata rogatur. Ille dictis annuit, & ad infirmi lectulum accedens, quoddam medicinæ, vel vnguenti genus euentiens, infirmo applicat. Iuuenis post aliquod temporis interuallum

conualefcit, ita, vt priftinæ faluti reftitutus videretur. Interea poft aliquot dies, in idem morbi genus reincidit. Quo à Parentibus viſo, & morbum & morbi remedium pro ſuſpectis artibus habentes ad noſtrum Conuentum pergunt, & vnum è noſtris Patribus petunt.

Mittitur itaque vnus ex noſtris ad miſerum Iuuenem: ille viſo patre, extemplo eum intuetur toruo vultu, ſubauſtera fronte, oculis emicantibus, toto corpore fremebundus. Ex ſignis his certior redditur Pater, de latitante malo, & diabolica fraude. Interea præmiſſis aliquot orationibus, & exorcifmis, Iuuenem donat ſacro Scapulari Beatiſſimæ Virginis de monte Carmelo: nec fruſtra, nam miſer ſanitati priftinæ reſtitutus fuit nec amplius ad hos uſque annos tali infirmitate fuit correptus.

*Miraculum secundum.*

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quidam non infimæ notæ vir magna & diuturna corporis infirmitate in lectulo detinebatur. Variorum medicamentorum vsu, pluribus alijs ægritudinibus aditū fecerat. Tandem à medicis velut humani remedij incapax, deseritur. Ille Dei Opt. Max. non immemor ad cælestes medicinas confugere statuit: vbi enim humanum deficit auxilium, ibi incipit diuinum. Iubet itaque ille quempiam ex nostris accersiri: accurrit illico Pater, charitatis officia exhibiturus: cumque Infirmi cubiculum subintrasset, fermè extremos iam agere agones deprehēdit. Quo viso ad lectulū accedit, & his verbis iacētem alloquitur: clarissime Domine, Deus misericors sit tibi & corporis & animæ salutem donet: ecce mecum excellentissimum salutis remediū porto. Moribundus ad hæc verba, au-

res erigit, & voce concisâ interrogat, quale foret illud remedij genus? subiunxit Pater, mecum ait, fero sacrum B. Mariæ Virginis de monte Carmelo Scapularè, si hoc cordatè susceperis, spes salutis temporalis tibi est, modo spiritali animæ tuæ salutis congruum fuerit. Est namque hic habitus, salus in periculis. Vix hæc verba absoluerat pater, & ille lætitiâ gestiens, sacrum hoc Scapulare sibi imponi enixè deprecatur. Illico visa eius dispositione, & interiorizelo, donatur sacro habitu. Mirabile profectò, exemplo pristinæ sanitati restituitur; ita ut ex tunc è lectulo assurgens sanus & incolumem sese omnibus adstantibus exhibuerit, meritis videlicet B. Virginis Mariæ de monte Carmelo.

*Miraculum tertium:*

Eodem tempore in eadem ciuitate Colonienfi fuit quædam puella, maleficio diabolico fascinata:  
 , mira-

mirabile & incredibile erat maleficiū: adeò quippe angī solita erat, vt catenis ferreis esset cohibenda. Huius mater vidua, immenso dolore cruciabatur; præsertim cum nullum deprehendere valeret remedium, quo filiæ subueniret. Tandem ad Dei seruos recurrere parat, atque è nostris Patribus quendam vocat cū is de superioris venia puellæ ædes sacrum Scapulare secum deferens accessisset; illa vbi Patrem aduertit, tota fremebunda, ad lectuli angulum violenter se retrahit; oculis flammantibus, fronte contracta, ore frementi, toto corpore anhelās, magno adstantibus erat stupori.

Nihilominus ante lectū genu flexus Pater ad Deū preces ex intimo cordis affectu fundebat, quo finito assurgens, puellæ sacrū Scapulare B. Virginis de monte Carmelo imponit. Nec mora, illa ad se reuersa saluti restituitur, & immenso omnium adstantiū gaudio, præsertim  
suæ



suæ dilectæ matris è lectulo sana  
 exsurgit. Iniungit ei Pater vt sum-  
 mâ diligentîâ ac studio sacrum ha-  
 bitum custodiat, nec vnquâ dimit-  
 tat, annuit illa & vltro promittit.  
 Sed ecce sacri Scapularis efficacîâ,  
 & annotatè quicumque hæc legi-  
 ris. Post nonnullum temporis in-  
 tervallum, contigit, vt sacrum ha-  
 bitum deperderet. Quo facto pede-  
 tentim pristinis maleficijs, & arti-  
 bus diabolicis rursus infestatur.  
 Quid itaque facto opus? recurritur  
 ad prædictum Patrem, qui cum  
 domum intrasset, iterum puellæ sa-  
 crum Scapulare imponit. Illa denuò  
 sanatur, minatur illi Pater, si per ne-  
 gligentiam sacrum habitum dimi-  
 serit, fore, vt eodem malo corri-  
 piatur: illa spondet se neutiquam  
 dimissuram. Voti tandem compos-  
 facta puella, aliquamdiu operam  
 dedit, vt prædictum habitum apud  
 se retineret: tandem nescio quo casu  
 iterum sacrum habitum deperdit.

Et

Et ecce iterum malo illo corripitur. Vidisses hic puellæ matrem, vbi rem subintellexerat, ira dolori mixtâ commoueri, curis angi, & filia casum subirato animo condolere. Quid consilij? Ex more ad pristinum spirituales Medicum, regressum est; rogat ille. Quid causæ sublit? Respondetur, puellam maleficio iterum inuolui. Inquiri ille vbinam sit sacer habitus? respondeatur puellam nescire. His auditis, Pater charitate, quæ patiens est: ductus, ad puellæ ædes regreditur, afflictæ matris precibus euictus; rursus sacro Scapulari filiam donat. O mirabilem eximiam prouidentia seriem, & sacri Scapularis dignitatem, puella extemplo sanatur. At Pater incuriam asperioribus verbis increpat: illa Patris pedibus aduoluta spondet firmiter B. Virgini Mariæ de monte Carmelo, se omni studio sacrum Scapulare impolterum retenturam. Itaque

luculo malo cautior facta puella, prudentiam ætatis pristinæ maiorem induens, omni sedulitate, ad hæc usque tempora sacrum habitum gestat ac conseruat, nec vlla quidem maleficij diabolici suspicio hætenus oborta est, tanta est vis & efficacia sacri Scapularis.

*Miraculum quartum.*

Notum est satis, & per totam Italianam nuper diuulgatum, quod anno præcedenti in ciuitate Cremonensi cõtiguit. Quippe typis madata est historia, & ad has usque regiones pertigit. Quidam nonnullorum criminum reus à publicis Iustitiæ ministris apprehensus in carcerẽ cõijcitur: ibi cū aliquo tempore delituisset, tandem morti adiudicatur, nimirum vt laqueo præfocaretur, hic vbi rem subintellexit, vnum è nostris accersit, deque vniuersis vitæ antea actæ peccatis cõfessionẽ fructuosè instituit. Post modum sacro Scapulari donari enixè ab eodẽ Patre impetrat.

In-

Interea cum eluxisset dies, ut ad patibulum duceretur, minister ut sui facti certior foret, binos funes, alterum minorem, alterum vero maiorem miseri hominis collo supponit: positisque super humerum pedibus, primo minorem funem in circulum volubilem compositum stringit, & miseri coarctat guttur. E vestigio funis disrumpitur. Apponit secundum maiorem; similiter extemplò diffringitur, & ex alto reus concidens, supra faxum, præceps ruit, sine vlla nec corporis læsione, nec damno, immo quod mirandum est sine vlllo sub faucibus signo relicto. Acclamatur subito, properant omnes, quænam sublit ratio, inquirunt; ille, nihil aliud se nisi sacrum Scapulare gestare fatetur, ac eo tempore, quo ad patibulum duceretur, enixè B. Virginè de monte Carmelo exorasse, ut ei esset salus in eiusmodi periculo.

Ex his & similibus, quæ indies contingunt, immo his annis in Germania, Belgio, Bohemia, & alibi cōtigere, sicut nobis plurimi retulere, quibus beatissima Virgo Maria hūc salutis fauorem exhibuit, ex his inquam, satis liquet, quod sacrū Scapulare sit salus in periculis. Possemus alijs medijs non minus comprobare hunc sacrum habitum esse signum salutis, sed duo vel tria producere in præsentī contenti sumus.

Primum sit, grauissimum Francisci Yepes, viri aliàs eximia pietate, & cælestium arcanorum cognitione apprimè imbuti testimonium, qui his nouissimis Annis in Hispaniæ oris effloruit nec à fratre suo B. nimirum Patre nostro Ioanne à Cruce degener, mortuus cum sanctitatis opinione anno millesimo sexcentesimo decimo septimo:

In huius vita, quam typis mādada-

dauit R.P. Ioseph de Velasco. Inter alias reuelationes diuinas, quas habuit vir Dei, hæc continetur. De duabus rebus. dæmones præsertim. conqueruntur, quæ non exiguum. ipsis damnum inferunt.

Primo conqueruntur de ijs qui. in causa sunt, quod alij Beatissimæ Virgini sint. deuoti.

Secundò, de ijs qui Carmelitarum. sacrum gestant Scapulare cuius intuitu dum moriuntur, plurimæ ipsis subtrahantur animæ; paucissimæ. verò in eorum potestatem deueniant. Hæc est viri Dei reuelatio, ex qua collige, quàm sit conformis. ijs quæ supra diximus.

Rursum tria esse quæ dæmones. torqueant, & quæ maximè. exosa habeant diuinitus. subintellexit.

Primò quando nominatur. dulcissimum Iesu.

Secundo quando profertur suavissimum Mariæ nomen.

Tertio, quando gestatur habitus Beatissimæ Virginis de monte Carmelo.

*Sit secundum Testimonium.*

Refert Pater Alphonsus de matre Dei, auditos esse Querenz subinde Dæmones planctum facere, super iactura quæ ijs obtingit ex sacro Scapulari, quo quid evidentiùs, quam hunc sacrum habitum esse verissimum signum salutis?

Sit tertium: Idem præfatus pater, in suo libello refert, quibusdam palam factum esse per diuinum hoc Scapulare ad apertam Cœli arcem; quid igitur clarius? ex quo maximè elucet, quod ex parte Virginis in hoc moriens æternum non patiatur incendium.

## CAPVT XVI.

Explicantur vltima verba reuelationis: *foedus pacis & pacti sempiterni.*

**H**Æc sunt vltima D. Virginis verba, in hac B. Simonis reuelatione apposita, quibus non infimū Confratribus pollicetur beneficium.

Et sane tale est beneficium, quo *De diu* non tantummodo homines potiri *nom. c.* anhelant, verum etiam animantia *7. 39. de ciu. Dei.* omnia, pacem exquirunt, vt benè S. Dionysius, cum S. Augustino dixere. Vt breuiter res tota elucidetur, notandum bifariam pacem distinguere: alia dicitur pax ad seipsum, quæ est vnio appetituum inferiorum in homine ad superiorem partem. Altera vero est pax ad alium, & hæc est vnio appetitus siue voluntatis vnus ad alterum.

Dum ergo B. Virgo ait, *facrum*  
Sca-



Scapulare esse. foedus pacis & pacti sempiterni, intelligendum est de pace secundum acceptionem secundam, id est, de pace quæ est ad aliū, ita. vt sit sensus: Scapulare sacrum esse. illud, per quod beatissima Virgo confœderatur & per amica pacis vnione. cum quolibet Confratre coniungitur.

O fœlix Vnio! ô votis omnibus exoptanda confœderatio! ô pax nobilissima! quis talem non inquirat pacem & persequatur eam? Si enim (vt ait sanctus Augustinus) tantum est pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis atque mortalibus, *nihil desiderabilius concupiscit, nihil postremo possit melius inueniri*, quis quæso nõ intelligat, quantum sit pacis bonū, quæ cum Regina cæli statuitur? hic nulla fraus, nullæ onerosæ conditiones, nulla grauamina petuntur, imo nulla mutatio, aut pacis reuocatio erit ex parte Virginis, nisi prius reuocaris, & per rebellem voluntatem.

*Li. 19. de  
sua.  
Dei.*

**C A R M E L I T A R V M.** 165  
luntatem à Virgine Maria teipsum  
retraxeris.

Est igitur Scapulare fœdus pa-  
cis; quod valde Cõfratribus est an-  
notandum. Sicut enim Dominus  
Deus olim cum Abrahamo fœdus  
inijt per signum circumcisionis; &  
post cataclismum mundi cum Pa-  
triarcha Noe per signum arcus cœ-  
lestis: *Arcum meum*, inquit Deus, po- *Gen. 9.*  
*nam in nubibus, & erit signum fœderis*  
*inter me & inter terram: cumq; obdu-*  
*xero nubibus calum, apparebit arcus*  
*meus in nubibus, & recordabor fœderis*  
*mei vobiscum, & cum omni anima vi-*  
*uente, qua carnem vegetat, & non e-*  
*runt ultra aqua diluuij ad delendum*  
*uniuersam carnem. Eritq; arcus in*  
*nubibus & videbo illum, & recorda-*  
*bor fœderis sempiterni, quod pactum*  
*est inter Deum & omnem animam vi-*  
*uentem uniuersa carnis, qua est super*  
*terram. Dixitq; Deus ad Noe hoc erit*  
*signum fœderis, quod constitutus inter me*  
*& omnem carnem viuentem super*  
*terram*

*terranti.* Non absimili modo dicendum nobis venit de Beatissima Virgine, & Confratribus sacri Scapularis. Quemadmodum enim predictis Patriarchis in testimonium fœderis, & pacis initæ data fuerent signa, quibus certiores de voluntate Dei redderentur, ita etiam hoc sacrum Scapulare à sanctissima Virgine Confratribus nostris conferitur in signum specialissimi fœderis, & pacis initæ.

*Ponam* inquit Dominus Deus, *arcum meum in nubibus, & recordabor fœderis mei vobiscum.* Quod sanè etiã verificatur in proposito nostro. Subinde enim hoc signum, nempe sacrum Scapulare ponitur in nubibus, id est confertur hominibus nubilosa peccatorum & vitiorum caligine obtectis, alijs verò malorum habituum, & prauorum morum sarcina prægrauatis: & ecce recordatur, extemplo B. Virgo fœderis sui, & suis efficacissimis apud Deum pre-

precibus & patrocinijs obtinet & impetrat; ut ille qui hoc signo investitur, depulsis nubibus illuminetur, illustretur, & lucem illam absconditam; gratiam nimirum divinam, recipiat, pacem illam suavissimam, quam mundus dare non potest, & quæ exsuperat omnem sensum, assequatur.

Quod quantopere sit expetendum, quis non aduertat? Si enim verum sit, quod virtus vnita fortior sit seipsa dispersa, quantoque magis potentioris roboris est, cui vna res coniungitur, eo etiam fortior euadat; quantis animi votis exoptandum erit foedus illud & pactum sempiternum cum Beatissima Virgine. Est enim mulier illa fortis, quam procul & de vltimis finibus inquirebat Salomon quam igitur fortis contra potestates tenebrarum harum eadet, quicumque huic mulieri coniungetur, & foedus inibiit sēpiternū, quod

quod profecto Confratres nostri obtinent per hoc sacrum Scapulare, prout ex verbis Deiparæ Virginis, cum ait B. nostro Simoni. *Recipe tui Ordinis Scapulare, ecce signum fæderis & pacti sempiterni, colligitur.*

---

#### C A P V T X I V .

*De Priuilegijs & beneficijs sacri Scapularis in particulari, ac primo de primo priuilegio bullæ Sabbathina vt vocant.*

**H**Actenus egimus de beneficijs sacri Scapularis, quæ nobis per B. Simonis Reuelationem innotuere: nunc nobis agendum est, de cæteris gratijs & priuilegijs, nec non indulgentijs huius sacri habitus confratribus collatis.

Primum igitur in ordine beneficium, est priuilegium bullæ sabbathinæ, vt vocant, quod vt melius intel-

intelliguntur , paucissimis est explicandum.

In nostris Chronicis refertur, cū summus Pontifex Ioannes XXII. Inter purpuratorum numerum adhuc foret, occasione obitus Clementis V. Vniuersi Purpurati siue Cardinales, in vnum conuenēre Lugduni in Gallia, vt in eo confessa summum Ecclesiæ Catholicæ, Pastore; sancti Petri successorem hæreditarium negligenter.

Verū cum plurimis de causis, in hac electione, difficultates grauissimæ suborirentur, satis in longum electionis finis protrahebatur, nouis indies erumpentibus difficultatibus.

Interea Cardinalis Didacus Cartucensis, Episcopus Portuensis, qui postmodum Pontifex creatus, Ioannes XXII. est dictus, sicuti Beatissimæ Virgini addictissimus erat, ad eius asylum recurrit. Ita-  
que profusis lachrymis & suspirati

corde eam quadam vice exorabat  
 vt talem Gregi Pastorem à Dec  
 Opt. Max. suis meritis & precibus  
 obtineret, qui tranquillitatem &  
 quietem Apostolicæ navi, varijs  
 impiorum & hæreticorum turbu-  
 lentis ventis exagitatæ induceret.

Oranti affuit Beatissima Virgo,  
 his verbis illum affata: agnosco tuum  
 in me affectum, & animi præoptitu-  
 dinem; ad supremam Ecclesiæ se-  
 dem te proueham: vide cum ad  
 illum dignitatis Apostolicæ apicem  
 pertigeris, meis filijs Carmelitis, E-  
 liæ successoribus, fauores raros &  
 eximios præstiteris. Ijs priuilegium  
 aliquod speciale concedes (sic enim  
 filij mei vnigeniti voluntas est) quo  
 notum facies, eos omnes qui sacri Ordinis  
 mei de monte Carmelo fuerint, vel  
 pietatis ergo, eius societati & cõfra-  
 ternittai adscribentur, fore vt post  
 eorum transitum meis intercessio-  
 nibus continuis & pijs suffragijs ac  
 meri-

meritis adiuuem, quatenus primo post suum obitū sabbatho, à pœnis purgatorij liberetur: & sic ad beatitudinē ac gloriā cœlestem transferantur. His dictis disparuit illa.

Interim coacto Cardinalium consistorio prædictus Cardinalis Didacus in summum Pontificem eligitur, nomine Ioannis XXII. ei imposito.

Rebus ita compositis, voti ille non immemor, sexto sui Pontificatus anno, diploma Pontificium, siue bullam Patribus nostris concessit, quam nuncupauit sabbathinam, quia per illam confirmatur hoc Beatissimæ Virginis priuilegium, quo nimirum, primo die sabbathi post Confratrum transitum fore pollicetur, vt beatissima Virgo eos ad cœlum transferre satagat. Est igitur primum priuilegium, omnibus sacrum Scapulare gestantibus concessum, quod nimirum meritis & B. Virginis præcibus



adiuari dicuntur , vt præsertim primo post obitum sabbatho liberentur à pænis & cruciatibus purgatorij. Nec ea insueta concessio indulgentiarum, minorem fidem requirit, quam quod referunt fidelissimi auctores de indulgentijs Patrum Franciscanorum superne concessis & à Pontificibus approbatis; de Ecclesia S. Ioannis Lateranensis Romæ non hominum , sed Angelorum ministerio dicata: De sancto Alberto Drepeni nostri Ordinis, quem cælites videntibus vniuersis qui sancti exequijs intererant , in sanctorum Album renunciatum pronunciarunt cantâdo illû Psalmi versiculum. *Os iusti meditabitur sapientiam.* de alijs denique sexcentis. Commune siquidem Philosophorum simul & Theologorum axioma est Deum posse per se ipsum quidquid agit cum causis secundis. Superfluum videtur hoc multis probare, cum passim à tot

13-

sæculis in Ecclesia Dei circumferatur; attamen vt omnibus etiam facile garrientibus fiat satis, paucis eius priuilegij firmitatem ob oculos proponemus, *abundans enim cautela non nocet.* Constat hoc primo ex authoritate summorum Pontificum: hæc namque indulgentia cælitus à Beatissima Virgine sic cõcessa, confirmata fuit à Pontifice Ioanne Vigesimo secundo, in bullâ, quæ incipit *Sacratissimo.* Hanc Ioannis 22. bullam de verbo ad verbum Alexander V. transcripsit in suâ quæ incipit, *uniuersis & singulis &c. datum Roma apud S. Mariam Maiorem Pontificatus Nostri anno primo.* Illius verò exemplar Genuæ vsque in diem hodiernum publicè conseruatur.

Hanc eandem alij quàm plurimi Pontifices confirmauere; veluti Clemens VII. Gregorius XII. Pius V. Sed his omisis! sufficet nuperimum Pauli V. decretum, cuius:

litteræ Originales & authenticæ  
 exstant in Conuentu Beatissimæ  
 Mariæ Virginis de Transpontinâ  
 Carmelitarum Romæ, in quo hæc  
 verba habentur: *Patribus Carmelita-  
 nis permittatur prædicare, quod populus  
 Christianus possit piè credere, de adiu-  
 torio animarum fratrum & Confra-  
 trum Sodalitatis Beatissimæ Virginis  
 Mariæ de monte Carmelo, videlicet  
 Beatissimam Virginem animas Fra-  
 trū, & Confratrum in charitate dece-  
 dentium, qui invita habitum gestave-  
 rint, & castitatem pro suo statu co-  
 luerint, officiumq; pæuum recitave-  
 rint, vel si recitare nescierint, Ecclesia  
 ieiunia obseruauerint, & feriâ quartâ  
 & sabbatho à carnibus abstinerint,  
 nisi vbi in ijs diebus Natiuitatis Do-  
 mini festum inciderit, suis intercessio-  
 nibus continuis, pÿsque suffragiis  
 & meritis, ac speciali protectione,  
 post earum transitum, præci-  
 pue in die sabbathi, qui dies ab Ec-  
 lesia:*

CARMELITARVM. 175  
clesia eidem Beatissima Virgini dicatus est, adiuturam. Hæc sunt verba Pauli Quinti, quæ satis per se clara sunt.

Hæc veritas secundo constat ex auctoritate sacræ rituum congregationis, in officio etenim nostro hæc verba habentur; *non in hoc tantum seculo Ordinem Carmeli sibi tam acceptum multis prærogatiuis Beatissima Virgo insigniuit, verum & in alio cum ubique & potentia & misericordia plurimum valeat, filios in Scapularis societatem relatos, qui abstinentiam modicam præcesque paucas eis præscriptas frequentarunt, ac pro sui status ratione castitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne purgatorio expiantur, solari, ac in cœlestem patriam obtentu suo quantocumque, piè creditur, efferre.* Ita habet nostrum officium, cui nomine Congregationis illustrissimæ, subscripsere Bellarminus & Pinellus.

Patet tertio illud ex virorum sapientissimorum censura & suffragijs. Cum enim, vt supra retulimus, in Hispania, quidam sacri Scapularis inimici sese opposuissent, fuit totum negotium in vniuersitate Salmanticensi à primarijs Cathedralicis Doctoribus decisum ; ex quibus Primarius Doctor, nomine Mantius sic attestatur.

*Ego Doctor Mantius Primarius Theologiae Cathedralicus in vniuersitate Salmanticensi, iudico Confratres Ordinis beatae Mariae Virginis de monte Carmelo posse frui indulgentijs concessis à Ioanne XXII. Alexandro V. & Clemente VII. quia nec Concilium Tridentinum, nec proprius motus Pij V. obstat, quo minus non possint dicti Confratres hys frui.*

*Frater Mantius.*

Doctor Rodriquez Secundus in Ordine, quasi iisdem vtitur verbis. *Attentâ mente, ponderatis hys, qua ad priuilegia Confratrum B. Virginis de monte*

C A R M E L I T A R V M. 177  
monte Carmelo spectant, quoniam in  
Ecclesia Catholica semper solitum  
fuit, immò pradicatum, posse eosdem  
Confratres eiusmodi vti, nec Pontifex  
quispiam aut Concilium derogare; pro-  
pterea censeo iisdem libere posse frui:  
sicut de bulla sabbatina idem plene at-  
testor.

*Ego Doctor Rodriguez.*

*Ceteri eodem ferme modo loquuntur?*

Ex horum Doctissimorum ho-  
minum testimonio satis apparet,  
quid sentiendum sit de bulla sab-  
bathina; immò nuper post quasdam  
difficultates Romæ super hoc pro-  
positas, constat determinatio Pauli  
V. summi Pontificis ijs verbis ve-  
supra: quo tempore Pater Cartha-  
gena satis superque suis scriptis cõ-  
probatum similiter reliquit, quo-  
modo bulla sabbathina in suo vigo-  
re permaneat, ita vt omninò putan-  
dum sit Beatissimam Virginẽ Pon-  
tifici Joanni XXII. apparuisse & il-  
li istud privilegium mundo propa-  
landum

landum iniunxisse, nimirum quod  
 Confratres nostri adiuuentur à  
 Deipara Virgine, quatenus à pœ-  
 nis purgatorij primo post obi-  
 tum sabbatho eximantur. Quod, vt  
 diximus per Alexandri Quinti  
 aliorumque Pontificum bullas te-  
 statum satis relinquitur: Quan-  
 quam vero pleræque reuelationes  
 fide vacillent, sic vt merito possint  
 in suspicionem vocari, si priuato &  
 & ignoto homini fiant absque eo  
 quod à suprema Pontificis auctori-  
 tate iuxta Ecclesiæ consuetudinem  
 approbentur: Verum vbi accedit  
 non solum vitæ sanctitas & personæ  
 cui eiusmodi contingunt reuelatio-  
 nes, auctoritas, sed etiam Pontificiæ  
 Maiestatis sententiâ & confirmatio,  
 nō benè omnino sentire vel de pie-  
 tate vel de doctrina eos qui nō desi-  
 nunt cauillari, ac dubitare, audacter  
 eum sapientibus pronúciamus. Pro-  
 inde singulari diuinæ prouidentie,  
 beneficio factum existimamus, vt  
 huius

huiusmodi Carmelitici priuilegij concessio non tantum alicui è nostris, sed etiam ipsi summo Pontifici fuerit à virgine reuelata : quod obseruat Reuerendus Pater Ioan. de Carthagera his verbis, *Christo vicario in terris Ioanni Vigesimo secundo Pontifici Beata Virgo apparuit, ei precipiens vt euulgaret Carmelitis fratribus & omnibus cum illo Scapulari sepultura traditis, & purgatorijs ergastulo detētis meritis & assiduis intercessionibus, p̄ysque suffragijs ac singulari eiusdem Virginis protectione, primo sabbathi die ab ipsorum obitu adueniente, panarum integram relaxationem dandam.*

Quid vero in hoc Virginis erga Carmelitas priuilegio, licet maximo, vel noui reperiās vel insolentis? Nam si contra hæreticorum vefaniam Catholice, & nunquam aberrantis Ecclesie dogma est receptissimum, animas mortali vita defun-



Etas, & in plenam piaculorum solutionem igne purgatorio detentatas non modo Beatorum qui iam in Cœlo regnant, precibus ac suffragijs mirum quantum adiuuari: verum etiam hominum adhuc in illo fragili orbe militantium sacrificijs, orationibus, atque elemosinis sæpissimè liberari. An non fidei maximè consentaneum est accipietati, posse si velit, Beatissimam Virginem maternis ideoque potentioribus suffragijs, & apud vnigenitum intercessionibus, eorū animas qui virgineo Scapulari, tanquam certissimā præcipuæ seruitutis notâ, illius se protectioni ac venerationi in vita consecraverunt, post mortem in illo purgationis incendio adiuuare specialius, & iuxta diuinum beneplacitum quo præsertim die voluerit liberare, id maximè declarantibus summis Pontificibus.

Refertur apud Surium in  
vita

vita sanctæ Lutgardæ, quandam *Apud*  
 Brabantia Ducissam, quæ fuit Phi- *Sur.*  
 lippi Regis Francorum filia, post *men.*  
 suum obitum prædictæ sanctæ ap- *Iunio.*  
 paruisse, & ei testatam fuisse, se ex  
 purgatorio iam egressam esse preci-  
 bus & intercessione Beatissimæ  
 Virginis Mariæ, cui dum viueret,  
 piè inseruiuit. In eadem historia i-  
 bidem aliud enarratur exemplum,  
 & in varijs libris plurima alia. Si i-  
 gitur extraneis & ijs, quibus se non  
 ita deuouit Beatissima Virgo, tan-  
 tum exhibeat fauorem, quanto ma-  
 gis cõgruit, vt illud idem suis filijs,  
 sacri Scapularis Confratribus præ-  
 stet, quibus per istud bullæ Sabba-  
 thinæ priuilegium sese deuinxit?

Immò si de solo nomine audito *l. 1. de*  
 Beatissimæ Virginis, vt testatur *laud.*  
 Dionysius Carthusianus consola- *Virg.*  
 tionem immensam & incredibilem *c. ult.*  
 experiantur animæ purgatorij;  
 quid quæso dicendum est de Con-  
 fratribus Beatissimæ Virginis, vbi  
 no-

nomen suæ dilectissimæ matris audiunt, ita vt illis paucissimis diebus, quibus in purgatorio expiari penitus contingit, (nihil enim coïnquinatum intrat in regnum cælorum,) etiam lætentur & in nomine matris exultent.

Narrat sancta Brigitta, quod dixerit sibi Beatissima Virgo Maria quadam vice, quod animæ in purgatorio gauderent nomine illius audito, sicut æger in lectulo suo iacens, exultat, cum audit verbū solatij. O quid de Confratribus nostris dicendum est, cum sint filij, & filiorum ad matrem singularis sit amor; quomodo exultant audito diuinæ suæ matris nomine?

Concludam igitur ex sancto Bernardino, si conueniens sit, vt Beatissima Virgo circa animas purgatorij, plura charitatis officia exerceat, conuenientissimum esse hoc priuilegium bullæ sabbathinæ pro Confratribus Beatæ Virginis de monte

CARMELITARVM. 183  
monte Carmelo; vt ita à purgatorij  
pænis liberari dicerentur.

Possent quispiam hic interrogare,  
quomodo dicendum sit vel intel-  
ligendum quod per Beatissimam  
Virginem liberentur animæ Con-  
fratrum à purgatorij flammis &  
cruciatibus.

Dicendum est duplici viâ fieri  
posse. Vel preces pro ijs apud vni-  
genitum suum fundendo, quæ ef-  
ficacissimæ sunt; vel satisfactiones  
ei offerendo ad diuinam iustitiam  
compensandam, quas benignè à  
Deo recipi postulet.

---

### C A P V T XVIII.

*Proponitur dubium, & resoluitur  
de bullæ Sabbathina.*

**H**is ita circa bullam Sabbathinam  
se habentibus, pos-  
set quispiam inquirere, vbinam  
habea-

habeatur authentica & asseruetur huiusmodi bulla? Huic dubio in nonnullorum gratiam, qui curiositatis spiritu ducuntur breuiter satisfaciamus.

Supposito igitur imprimis, vt in supradictis satis liquet, reuera elapsis temporibus nobis fuisse concessam eiusmodi bullam, à Ioanne XXII. quæ incipit: *Sacratissimo uti culmine Paradisi &c.* His verbis sequentibus. *Istam ergo indulgentiam accepto robore in terris confirmo, sicut propter merita Virginis Christus concessit in cælis.*

Prædictam Ioannis Vigésimi secundæ bullam sufficienter postmodum Alexander V. Pontifex, suam interponendo auctoritatem, Pontificio diplomate confirmauit, cuius principium est, *tenore cuiusdam priuilegij salicæ recordationis, Ioannis Vigésimi secundæ &c. Datum Romæ septimo Decembris apud sanctam Mariam.*

MAIO-

*Maiorem Pontificatus Nostri anno primo: Vide supra hoc, patrem Carthagenam hom. 1. de sacris arcanis Dei-  
paræ V. Marię de mōte Carmelo: & Emanuelem Rodericum quæst. re-  
gul. tom. 2. q. 97. a. 7. Hoc itaque  
supposito dubium est, quo in loco  
asseruetur hæc bulla.*

Ad hoc sciendum est, vt optimè nobis testatum reliquit Paleonidorus lib. 3. c. 11. huius Originale iam pridem longâ annorum serie in regno Angliæ asseruatum fuisse: ibi namque sacri Ordinis Præposito generali de more residente, erat commune vniuersæ nostræ Congregationis Archiuium, in quo spirituales quæque diuitiæ Carmeli recondebantur. Nemo etenim nescit, præteritis sæculis, Ordinem nostrū specialiter in Regno Angliæ efflouisse, vt ex eius fructibus agnosci potest: hoc namque regnum illustria admodum nobis & pronobili-

lia,

lia, produxit germina, vt B. nostrum Simonem Stoch, Thomam V Valdensem, Baconem & alios quam plurimos, qui tum sanctitate, tum doctrinâ, nullis facile suo tempore secundi fuere; ita vt in solo Angliæ regno ad quadraginta monasteria numeraremus. Æquum igitur videbatur, vt vbi tantopere religio floreret, ibi quoque residente Præposito generali, Archiuum Ordinis statueretur, in quo omnes gratiæ, priuilegia, diplomata Pontificum cæteraque monimenta posteris tradenda asseruarentur.

Verum inimicus homo cum zizania in præfato regno seminare inchoaret, id est, cum nefando ausu ab inferis emissa pullularet hæresis, & florentissimum alias regnum & in Dei Opt. Max. cultu zelotissimum inuaderet: nefandi homines, & hæreticæ prauitatis sectatores in Nostros & monasteria nostra insurrexere, iam pridem enutrita in

Carmelum odia clándeſtina, palam oſtenſuri: extemplo ad noſtra monaſteria conuoſarunt, ſacra & diuina prophanantes, templa partim diruentes, partim expoliantes: bibliothecas nobiliſſimas & antiquorum Patrum libris & voluminibus refertiſſimas ad ſuos vſus nefandos arripientes: cæteraque ſimilia tyránnico furore aggredientes.

Sed quod maximopere dolendú eſt, archiuum illud totius Ordinis, violentá manu effringentes, ea quæ in eo recludebantur, partim igne conſumpſére, partim iocis & ludibrijs expoſita populati fuere. Inde factum eſt, quod bulla illa ſabbathina cum cæteris perierit; quæ omnia his temporibus ſi extarent, mirabilem ſplendorem & ſummam dignitatem Carmelo afferrent.

Hoc itaque modo Ioannis Vigefimi ſecundi diploma Pontificium euauit: nec non Alexandri V. bulla, quæ præſatum dicti Pontificis diploma



diploma, vt vocant, sabbatinum confirmabat. Extitere quidem nonnulla transumpta huius bullæ sabbatinæ in diuersis Conuentibus nostris Italiæ & Hispaniæ, sed vt diximus, Originale & authenticum perijt.

Vt verò appareat omnino, quanto cum fundamento asseramus, iâ pridem hoc bullæ sabbathinæ originale nostros habuisse: producendum duximus hic bullam Pontificiam Clementis VI. quæ prædictorum duorum Pontificum, videlicet Ioannis XXII. & Alexandri V. bullas commemorat, approbat, innouat ac perpetuæ firmitatis robur adiicit. Verba eius sunt relata fidelissimè à Roderico in collectione bullarum Apostolicarum pro Regularibus sic habet prima bulla;

*Dilecti filij Nicolaus Audet Generalis, ac Prouinciales, & Priores domorum Ordinis B. Mariae de monte Carmelo, iuxta morem dicti ordinis, nec non*

non Confratres vtriusq; sexus, confraternitatem in Ecclesiis domorum, seu domibus eiusdem Ordinis institutarum, nobis nuper exponi fecerunt, quod alias felicitis recordationis Ioannes Papa Vigesimus secundus, & Alexander Quintus Romani Pontifices predecessores nostri, vniuersis & singulis Christi fidelibus, qui Confraternitatem de monte Carmelo intrare, seu Confratrum confraternitatis eiusdem numero adscribi, ipsiusq; statuta obseruare, ac habitum dicti Ordinis deferre, seque fratres, & sorores dicti Ordinis appellare, ita quod si mulier Virgo castitatem, Vidua vero continentiam, coniugata autem matrimonij Iura ( prout sancta Ecclesia precipit ) à tempore eorum ingressus inuolabiliter seruare velle promiserint & obseruauerint, tertiam partem suorum peccatorum in Domino relaxarūt, ac die quo à saculo huiusmodi purgatorium accesserint, ipsaque Virgo gloriosa Dei genitrix Maria sabato sequenti post ipsorum Confratrum

trum, seu Religiosorum ac sororum obitus visitando, à pœnis purgatorij huiusmodi eorum animas liberabit, quodque Confratres ipsi gratiarum earundem prædecessorum participes fierivolentes, horas canonicas iuxta formam ab Alberto Patriarcha dicto Ordini concessam, & ordinatam recitare, ignari vero litterarum diebus, quibus sancta Ecclesia ieiunare præcipit, nec non feria quarta, & sabbatho toto tempore vite eorum, præterquam die in qua ex ferijs prædictis Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi occurrere contigerit, à carnibus abstinere debent.

Sic verò habet secunda bulla  
eiusdem Pontificis.

Clemens Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam ex clementi sedis Apostolica prouisione, nec non personarum Deo deuotarum  
sub

sub religionis & regulari castimonia  
 Domino militantium pia deuotione  
 prouenire dignoscitur, vt Romanus Pō-  
 tifex quandoque per pradecessores suos  
 Romanos Pontifices pro personarum ea-  
 rundem ac illorum locorum felici suc-  
 cessu & quiete, ac Christi fidelium p̄s  
 operibus vacantium animarum salute,  
 concessa approbet & innouet, ac inno-  
 uata communiat, & alia de nouo con-  
 cedat, prout in Domino conspicit salu-  
 briter expedire. Sane pro parte dilecto-  
 rum filiorum Nicolai Audet Generalis,  
 ac Prouincialium, & Priorum domo-  
 rum Ordinis B Mariæ Virginis de mon-  
 te Carmelo nec non Confratrum vtri-  
 usq; sexus Confraternitatum in Eccle-  
 sis domorū eiusdem Ordinis instituta-  
 rū nobis nuper exhibita petitio cōtine-  
 bat, quod alias felicitis recordationis Ioā-  
 nes XXII. & Alexāder V. Romani Fōti-  
 fices, pradecessores nostri Vniuersis &  
 singulis Christi fidelib. qui Confraterni-  
 tatē de mōte Carmelo ingredi, seu Cō-  
 fratrum huiusmodi numero adscribi,  
 ipsiusq;

ipsiusq; Ordinis deferre, seq; fratres & sorores dicti Ordinis appellare, ita quod si mulier virgo castitatem, vidua vero continentiam, coniugata autem matrimonij iura ( prout sancta Ecclesia precipit: ) tempore earum ingressus inuolabiliter seruare velle promitterent, & obseruarent, tertiam partem suorū peccatorum in Domino relaxarunt, ac ipsa gloriosissima Dei genitrix semper Virgo Maria, ipsorum Confratrum seu Reliogosorum, ac sororum animas post eorum transitus, suis intercessionibus continuis, pijs suffragijs, & speciali protectione adiuuabit, quodq; Confratres ipsi gratiarum earundem predecessorum participes fieri volentes horas Canonicas iuxta formam ab Alberto Patriarcha dicto Ordini concessam, & ordinatam recitare: Ignari vero litterarum, diebus quibus sancta Ecclesia ieiunare precipit, ieiunare, nec non quarta feria & sabbatho toto tempore vite eorum, praterquam die qua aliquam ex ferijs predictis Natiuitatem-

tem Domini nostri Iesu Christi occurrere contigerit, à carnibus abstinere debent.

Et post pauca.

Nos igitur dicti Ordinis ( quem præ cæteris in visceribus gerimus charitatis ) prosperum & tranquillum statum ac animarum salutem paterno zelantes affectu, huiusmodi supplicationibus inclinati Ioannis & Alexandri ac aliorum prædecessorum nostrorum literas, & post eosdem Prædecessores omnia & singula priuilegia, immunitates &c. Auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus & innouamus, ac perpetua firmitatis robur obtinere, & inuolabiliter obseruari debere decernimus. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo trigesimo pridie idus Augusti Pontificatus nostri anno septimo.

Ecce quanto cum fundamento asserant Carmelitæ veritatem bullæ La-sabbathinæ à Iaconne XXII. concessæ:

cessæ non friuolis aut probabilibus rationum argumentis innixi , sed Pontificis auctoritati: cuius profectò testimonio, intra limites humani testimonij, nihil maius aut firmitus proferri potest.

Sed amplius modo dicturi sumus. Non ita iam pridem anno nimirum millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Gregorius Decimustertius Pontifex summus, diplomate Apostolico absolutè bullæ sabbathinæ veritatem attestatur, & prædicti Clementis Septimi bullam commemoratam explicat, in nouat, contradicentes censuris & pœnis Ecclesiasticis innotat.

Verborum tenorem ex parte referemus, qui amplius desiderarit , legat Rodericum vt supra tom. 2.

Sic ergo habet bulla.

*Gregorius XIII. Ad perpetuam rei  
memoriam vt laudes gloriosissime Vir-  
ginis*

ginis Maria referre, quae salutis nostrae protulit. authorem, lingua nunquam cesset humana, sed eius sanctissimum nomen pia deuotione celebretur & veneretur: sacrum Ordinem sub inuocatione eiusdem B. Mariae de monte Carmelo, quem eadem Virgo venustissima & omnibus virtutum floribus insignita edidit, proprijsq; nominis titulo insigniuit, à pluribus Romanis Pontificibus, praedecessoribus probatum, varijsq; priuilegijs & facultatibus iam pridem decoratum, ex quo in agro Domini vberes fructus manarunt, & indies non mediocres producuntur, gratia nostra speciali complectendum esse censemus, quo & antiqua priuilegia illi Ordini (nostra ad id accedente auctoritate) sublatis quibuscumq; impedimentis praeseruentur, ac fideles singuli ad Ecclesias eius Ordinis, statutis diebus confluentes, eo libentius ibidem conueniant, ac orationi incubant, aliaq; infra scripta pia opera exerceant, quo deinde dono caelestis gratiae vberius conspexerint,



se esse reſectos. Dudum ſiquidem pluri-  
 que Romani Pontifices prædeceſſores  
 noſtri, & inter alios felicis recordatio-  
 nis. &c. Poſt plura: Ioannes Vigefimus  
 ſecundus pro animabus, quæ in purgato-  
 rio. exiſtunt, & habitum huius Religio-  
 niæ geſtarunt, vel earum Confraterni-  
 tatem ingreſſi fuerunt, vel Confratrum  
 numero adſcripti, in honorem eiſdem  
 B. Mariae Matris Dei die ſabbathi poſt  
 eorum tranſitum, interceſſionibus eiſ-  
 dem continuis, pijs ſuffragijs, & meri-  
 tis, ac ſpeciali protectione adiuuandis  
 priuilegium publicauit, corroborauit  
 & confirmauit.

Et poſt pauca.

Denique Clemens Septimus poſt Io-  
 annem Vigefimum Secundum; & A-  
 lexandrum Quintum eorum ( ſupple  
 Carmelitarum ) litteras approbando,  
 habitum glorioſiſſima & Beatifiſſima  
 Virginis Mariae Matris Dei geſtanti-  
 bus, ſeu Confraternitatem ingredi-  
 bus, & alia ſeruantibus, vt in iſdem lit-  
 teris continetur, indulgentijs, peccato-  
 rum

rum remissionibus, & gratijs, singulis  
 vtriusq; sexus concessis, perpetua firmi-  
 tatis robur addidit, & innouauit. Quas  
 etiam Pius Quintus immediatè prede-  
 cessor noster approbauit & confirma-  
 uit. Quocirca Venerabilibus fratribus  
 Maceraten. & Amerin. Episcopis ac  
 dilecto filio, causarum curia Camera  
 Apostolica Generali Auditori, per Apo-  
 stolica scripta mandamus, quatenus ipsi  
 vel duo aut vnus eorum, per se vel aliū,  
 seu alios, presentes litteras, & in eis  
 contenta quaecumque, vbi & quando  
 opus fuerit, ac quoties, pro parte dicti  
 Ioannis Baptistæ generalis Magistri, vel  
 fratrum dicti Ordinis fuerint requisiti,  
 solemniter publicantes, illisq; in pre-  
 missis efficacis defensionis presidio assi-  
 stentes faciant, authoritate nostra Ig-  
 nantem Baptistam Generalem Magi-  
 strum, Ordinemq; prædictum & alios  
 quos dicta nostra littera respiciunt,  
 confirmatione, approbatione, alijsque  
 premissis iuxta presentium continen-  
 tiam & tenorem pacificè frui & gau-

dere non permittentes eundem Ioannem Baptistam, generalem Magistrum aut alios quoscūq, indebitè molestari, perturbari & inquietari. Contradictores quoslibet & rebelles ac præmissis se opponentes vel non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postpositâ compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis &c. Datum Roma apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris decima octaua Septembris, Anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus nostri anno sexto. Habetur authentica in Conuentu Bruxellensi nostro Carmelitarum Discalceatorum.

Ex his itaque diplomatibus Põrificijs patet bullæ sabbatinæ veritas: & quanquam eius Originale & authenticum modo non existet, proculdubio satis superque est tantorum Pontificum auctoritas & cõfirmatio: & vt paucis Carthagenæ verbis utar, *quare cum non solum au-*  
*thori-*

theritate Doctorum, sed expressis summorum Pontificum oraculis indulgentia hac sabbatina sit corroborata & stabilita, non videam qua ratione quis suavis absq; ingenti temeritate illam inficiari queat.

## CAPVT XIX.

*Adnotantur nonnulla ex dictis procedenti capite.*

**P**Lurima forent nobis annotanda superiori capite, si maturiori iudicio predictorum duorum Pontificum allata diplomata ponderare vellemus: verum quoniam in alijs capitibus, ea non mediocriter perpendimus, in hoc capite nonnulla raptim afferre sufficiat.

Est igitur primo annotandum in hac bulla Clementis VII. sicut & in illa Gregorij Decimi tertij dici beatissimam Virginem adiuturam Confratrum animas in purgatorio

existentes suis intercessionibus &c. hæc verba præcedentem quandam eiusdem Clementis Septimi bullâ explicant, in qua similiter agens de bulla sabbatina, dixerat his verbis: *à die quo à saculo huiusmodi (videlicet Confratres B. Virginis de monte Carmelo) purgatorium accesserint, ipsa Virgo gloriosa Dei genitrix Maria sabbato sequenti post ipsorum fratrum Religiosorum, ac sororū obstus visitando, à pœnis purgatorij huiusmodi eorum animas liberabit. Ut enim benè annotavit Rodericus to. 2. q. 97. B. Virgo Maria dictas animas non liberabit potestate absolutâ; sed liberabit per modū suffragii, impetrans à Deo Opt. Max. suis precibus & meritis, ut ipsæ adiuventur, & ipsis suffragia ad eorum liberationem communicentur.*

Ex qua explicatione mirificè commendatur doctrina illa, quam tradidimus in explicatione reuelationis beati Simonis Stock, vbi dicitur

citur, quod in sacro Scapulari quis moriens, aeternum non patietur incendium. Quemadmodum enim quantumvis Pontifices summi ante Clementem VII. qui bullam sabbatinam confirmarunt, imò & ipsemet Clemens Septimus in suo primo diplomate ad hoc concessio, dixerint absolutè, liberari Confratrum animas ex purgatorio à Beatissima Virgine: nihilominus verus & legitimus horum verborum sensus sit, iuxta summorum Pontificum glossam, liberari non absolutè, sed per modum suffragij, id est, quantum sit ex Beatissimæ Virginis Mariæ meritis & intercessionibus: similiter verissimus, vt supra diximus, reuelationis beati Simonis sensus fuerit, Confratrum animas æternum non passuras incendium, quantum sit ex parte Virginis, impediendo meritis suis & intercessionibus, ne illud contingat; Esto, fuerit absolutè dictum, in quo quis

*moriente aeternum non patitur incendium.*

Secundo est annotandum in his diplomatibus, à summis Pontificibus sacrum Scapulare, vocari sacrū habitum B. Virginis de monte Carmelo, eiusque cōfraternitatem pariter B. Virginis Mariæ de monte Carmelo nuncupari. Quod sanè summam & extremam parere debere t confusionem, nonnullis puerili satis & insolenti ore garricientibus.

Legens  
Bru-  
der-  
schafte.

Sunt enim nōnulli qui sacrū Scapulare, simpliciter particulam pāni nuncupant, & eius confraternitatē aiunt esse confraternitatem particulæ panni, ita ut ea sit nomenclatura, quam huic sacræ Confraternitati assuunt. Miror equidem eiusmodi hominum imprudentiam ne dixerō impudentiam.

Dic mihi quæso, quisquis ita oblatrare ausis; vel hæc dicis, per modum ironiæ & ludibrii nihili pendens

dens hunc sacrum Reginae coeli habitum, vel certè quod magis crediderim, citra omnem malignū animum ita loqueris. Si primum, tuo te ore iudicas, animalis es homo, qui iuxta Paulum, non percipis ea, quæ sunt Spiritus Dei: & de numero illorum es, quorum infinitus est numerus, supple, stultorū. Si verò citra vllā malitiā ita loqueris, leuitatis & imprudentiæ vitio argueris; cur enim propriam nomenclaturam sacro Scapulari non adhibes, quam adhibere summi Pontifices, nuncupando sacrum habitum B. Virginis Mariæ: & Confraternitatem B. Mariæ de monte Carmelo? Si quis debitum tibi titulum mūdānum non affert, quid ais? qualem de huiusmodi homine conceptum effingis? quanto magis tu ipse reprehendendus, qui debitum celestem & diuinum titulum rebus sacris & Marianis dare negligis?



Tertio perpendenda est ratio & fundamentum, quo permoti summi Pontifices hæc priuilegia antiqua tam paterno zelo innouarunt; patebit hoc, verba Gregorij Decimi Tertij examinanti. *Sacrum*, ait, *Ordinem B. Mariae de monte Carmelo gratia nostra speciali complectendum esse censemus, quo & antiqua priuilegia illi Ordini (nostra ad id accedente auctoritate) sublatis quibuscumq; impedimentis praeseruentur ac fideles singuli ad Ecclesias eius Ordinis statutis diebus confluentes eo libentius ibidem conueniant, ac orationi incumbant, & aliq; infra scripta pia opera, exercent, quo deinde dono caelestis gratia vberius conspexerint se esse resectos.* Haecenus ille: Ex quo elicimus mentem Pontificis esse, populum per hæc priuilegia & gratias nobis concessas, attrahere ad deuotionem & animi pietatem, ad templa frequentanda, ad orationi vacandum, ad opera pia exercenda, vt saluti  
suz

suæ ita consulentes, cælestis gloriæ brauium assequantur. Inde valde notandum & cordi penitius imprimendum, si quis foret, qui quempiam ab hac sacra B. Virginis Mariæ de monte Carmelo Confraternitate retraheret & auocaret; consequenter retrahere & auocare à deuotione & animi pietate, à piorum operum exercitijs, ab orationis studio, & cæteris spiritualibus officijs, quæ per hanc sacram Confraternitatem à summis Pontificibus intenduntur. Quod sane quam periculosum, quam serupulosum sit, quis non animaduertat?

Quarto annotandum est, quo pacto inuehitur præfatus Pontifex Gregorius in contradictores quoslibet, ac præmissis sese opponentes, quatenus præcipit vt eiusmodi insolentes & inquieti pœnis Ecclesiasticis & censuris innodentur. Ex quo profecto colligimus summis Pontificibus rebelles esse ( vt vocat  
idem

idem Pontifex ( qui sacri Scapularis vel bullæ sabbatinæ veritatem non admittit, dicit enim in suâ bullâ, eos esse contradictores & rebelles qui præmissis sese opponunt: at sic est quod præmiserat bullæ sabbatinæ privilegium, est itaque rebellis, qui ei contradicit: qui legit intelligat.

---

## C A P V T XX.

*De alio beneficio sacri Scapularis videlicet de communicatione meritorum & bonorum operum.*

**S**ECUNDUM privilegium, quo nostri confratres gaudet, est quod omnium meritorum, & bonorum operum spiritualium participes redduntur eiusdem Ordinis beatissimæ Virginis de monte Carmelo. Præterquam quod ita sit à summis Pontificibus declaratum, etiâ ab Ordinis nostri Superioribus acceptatum ac volitum iam pridem fuit: sic habetur

CARMELITARVM. 207  
habetur in impositione dicti habi-  
tus. Vnde sacerdos, dum aliquem  
ad nostri sacri Scapularis Confra-  
ternitatem admittit sic ait: *Ego, au-*  
*thoritate qua fungor & mihi concessâ,*  
*recipio te ad Confraternitatem nostrâ*  
*sacra Religionis & inuestio, ac partici-*  
*pente facio, omnium bonorum spiri-*  
*tualium eiusdem Ordinis &c.*

Cum igitur ita res sese habeat:  
quis tale beneficium non magni-  
pendat? Duplex bonum spirituale  
facit Carmeli Ordo prosequitur:  
vnum exterius, aliud interius: Ex-  
terius sunt vitæ austeritas, cor-  
poris macerationes, ab esu car-  
nium perpetua abtinentia, ieu-  
niorum diuturnitas: flagella, ci-  
licia, vigiliæ longæ & alia his simi-  
lia.

Bonum interius, continua quasi  
oratio mentalis & in lege Domini  
meditatio, vt ait nostra regula, *die*  
*ac nocte sint in lege Domini meditan-*  
*tes, ac in orationibus vigilantes.* Sacra-  
mis-

missarum solemnia, officiorum diuinarum protracta mora : mortificationum internarum continua obseruatio: Virtutum tum moralium, tum Theologicarum consueta exercitia & plurima alia, quæ apud nostros in vsu habentur. Horum omnium participes fiunt, quicumque sacro Scapulari donantur, positis tamen conditionibus & circumstantijs, quæ requiruntur; vt modo dicemus.

Quod si profectò iustorum hominum orationes & preces adeò apud Deum in pretio habentur, vt etiam earum intuitu Deus commoueatur interdum, ad saluandos eos, qui in peccato degunt; quantis votis exoptandum esset huius mundi hominibus, vt huic sacro sodalitiò adscriberentur, cum tot piorum Religiosorum orationibus ac meritis communicent?

Annotandum est: autem circa hanc meritorum & bonorum operum

rum communicationem, quã sacri Scapularis Confratres gaudere diximus, non ita accuratè & prout oportet rem totam nonnullos præteritis annis elucidasse, qui de hac confraternitate varios edidere libellos.

Inter illos, quidam dictus Carmelitani thesauri libellus, per Iohannem Angelum de Summaran ex Italico idiomate in Germanicum translatus, Anno 1621. in Bavaria excusus, refert in ea parte ubi agit de modo Confratres recipiendi; Quod Prior Generalis, & ex eiusdem, vel Capituli generalis commissione quilibet Religiosus eiusdem Ordinis, quamlibet personam ad meritum totius ordinis participationem admittere valeat. Prouincialis verò, & ex eiusdem, vel capituli prouincialis licentiã quilibet eiusdem Ordinis Religiosus ad participationem meritorum suã tantummodo prouinciã ad-

admittere possit; Prior verò localis cum capitulo conuentuali, & ex commissione eorundem, quilibet religiosus ad communicationem meritorum eiusdem conuentus recipere queat: hæc & similia in præfato libello referuntur.

Quæ omnia intelligenda sunt de potestate ordinariâ non verò de delegata. Sciendum etenim est cuilibet superiori competere de iure communi, vt subditorum suorum opera alijs communicet potestate

*3. The.* propriâ, & ordinaria: ideoque Prior

*4. Sens* quilibet, Religiosorum sui Conuentus, Prouincialis, suæ Prouinciæ,

*1. Art. 1* Generalis, vniuersi sui ordinis potestate ordinaria iure merito communicat. Si verò de delegata potestate loquamur, per illam quilibet Religiosus etiam subditus vniuersi ordinis bona opéra & merita poterit communicare. Inde fit quod Carmelitæ Discalceati in confere[n]do sacro Scapulari vniuersi ordinis

cōnis bona opera & merita indiscriminatim Confratribus suis communicent, potestate videlicet delegata qua semper sunt vsi. Quod utique de Carmelitis mitigatis asserendum modo venit: tametsi enim antehac potestate, ordinaria vtendo Prior bona sui Conuentus spiritualia, Prouincialis suæ Prouinciae, Generalis vniuersi ordinis conferrent: prout apponebatur in officio B. Mariæ Virginis Carmelitarum proprio: potestate tamē delegatā indiscriminatim his temporibus vniuersi ordinis prædicta bona & merita communicant, prout constat nobis ex modo eorum sacrum scapulare conferendi in diurnali eorundem Patrum absolutè, & sine vlla limitatione non ita iam pridem apposito.

Itaque præfatus libellus dicti Angeli de Summaran similisque alij intelligendi sunt de potestate ordinaria qua ante hac passim utebantur



bantur Carmelitæ mitigati non vèrò intelligendi sunt de potestate delegata qua modo vtuntur.

Quod totum Confratribus sacri Scapularis magnopere annotandū est. Siue etenim apud Carmelitas mitigatos hunc sacrū habitū receperint; quātum erit bonū eorū omniū bonis operibus & meritis cōmunicare? cum apud eos tot & adeo præcellentes Carmelitici Athletæ & viri spirituales comperiantur, prout his superiorib. annis suo satis superq; testatæ est exēplo B. Maria Magdalena de Paxis, quæ in ordine dictorum Carmelitarum mitigatorum vitæ sanctitate, & miraculis clara degit, & nuperrimè in Beatorū album relata à Sanctis. Papa Nostro Urbano VIII. toti mundo velut splendidum Carmeli iubar illucescit. Siue aut apud nostros videlicet Carmelitas Discalceatos dictū Scapulare assumpserint, cū sub hac Carmeli reformatione, tot noua in dies

Car.

Carmeliti succrescant germina mirâ vitæ sanctitate & austeritate cōspicua, quis eorum fructibus spiritualibus participare non anhelet: vt *venientes veniant cum exultatione portantes manipulos suos?*

---

## CAPVT XXI.

*Resoluntur quedam dubia?*

**R**ogabis, quid sit illa bonorum operum communicatio? Respondetur quod sit quædã gratuita receptio & admissio, ad bonorum omnium spiritualiũ participationem vniuersæ nostræ Religionis, quæ tum ad vitæ temporalis pericula euitanda, tum etiam ad vitæ æternæ præmia consequenda conducunt: ita vt omnino gratuito cuilibet Confratri nostro, qui sacrũ gestat Scapulare, obueniant eiusmodi bona intuitu aliorum, videlicet Religiosorum nostrorum, de quorum ipse sodalitiõ spirituali congaudet.

In-

Inquires secundò, qualis sit hæc communicatio, & qualia inducat bona? Respondetur opera bona & pia duplicem virtutem & efficaciam in seipsis continere, ijsque duplicia quodammodo lucra & comoda inesse. Primò vim habent meritoriam: id est, virtutem aliquid promerendi apud Deum, illi quidem, qui ista opera exercet, de condigno ut aiunt, siue ex Iustitia (si in gratia extiterit:) cæteris vero de congruo id est, liberalitate Dei Opt. Max. Secundò prædicta opera vim habent aliam, nempe satisfactoriam, id est, satisfaciendi pro culpis commissis.

*s. Tho.* Clarius explicando, ita res sese  
 1. 2. 9. habet. Quotiescūque quispiam Iu-  
 114, stus & Deo gratus piè ac sanctè ali-  
 quid facit, & operatur, vitam æternam promeretur; & hoc ita est certum ut sit de fide, prout patet ex Concilio Tridentino sess. 6. c. 16. & Canone. 26. & 32. ubi definitur:

homi-

hominem iustum verè promereri vitam aternam, & ipsius vita aternæ, si tamen in gratia decesserit, consequutionem, sicut etiam de augmento gratiæ dicendum est, prout constat ex eodem Concilio ses. citata. can. 32. vbi definitur hominem iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, sunt, verè mereri augmentum gratiæ. Hoc verò augmentum gratiæ, siue gloriam ipsam & vitam æternam iustus quilibet sibi promeretur de condigno, id est, sibi debentur illa ex iustitia, & ob ipsam operis à se facti dignitatem; esto interim ipsius operis dignitas & fauor nitatur gratia Conditoris. Idem verò iustus per idemmet opus alteri promereri potest, tum auxiliã actualia gratiæ ad conuersionem opportuna, tum ipsam gratiã sanctificantem, atque etiam gloriã,

&

& hoc de congruo, id est; et si non debeantur ex iustitia hæc omnia alteri ratione alieni boni operis: congruum tamen est, ex liberalitate Dei acceptantis, ut hoc ita fiat.

Præterea iustus bene operando apud Deum non solum eo sensu, quo diximus, aliquid promeretur: sed etiam satisfacit pro culpis commissis, quod quidem quantumcunque est, non solum sibi prodest, verum etiam alijs communicari potest, ita ut quotiescunque in opere eiusdem iusti participant alijs, consequenter satisfaciant pro suis peccatis; in tantum ut sæpissimè liberentur tum in hoc mundo ab internis afflictionibus, desolationibus, bonorum temporalium iacturis, liberorum & charorum parentum amissione, & his similibus, quæ subinde ob peccata à Deo infliguntur; tum in alio, ut vel effugiant vel nõ ita acerbè, vel non ad eò diuturno tempore poenas in purgatorio exsol-

Soluant. Quod optimè beatus Ma- Hom.  
 charius in homilia quadam ad suos 13:  
 insinuat: *debent, inquit, fratres in di-*  
*lectione & gaudio simul conuersari, &*  
*qui operatur, de eo, qui preces fundit,*  
*ita dicere: nempe: particeps sum the-*  
*sauri, quem comparat frater meus,*  
*quia communis est: qui vero preces fun-*  
*dit, de legente ita secum reputet: fru-*  
*ctus quem ille capit, ex lectione lucrum*  
*meum est.*

Hoc appositâ similitudine elu-  
 cidamus: sicut enim in benè mora-  
 ta domo vel familia quilibet frater,  
 quicquid acquirit & diuitiarum  
 cumulat, non sibi soli, sed omnibus  
 fratribus acquirit: aut in mercaturâ,  
 qui societatem quandam ineunt,  
 non vni sed omnibus lucrum cedit;  
 ita dicendum nobis venit de con-  
 fratribus sacri Scapularis, cum enim  
 vt supra diximus, sub vnica matre  
 Deipara Virgine filij sint, speciali  
 illo vinculo, quod explicuimus; & è  
 consequenti sint Confratres nostri;

K

quic-

quicquid nos diuitiarum spirituum  
 lium conquirimus, non nobis solis,  
 sed ipsis etiam acquirimus. Quod  
 cum ita sit, diligenter aduertendum  
 est, & admirandum, quam amplas,  
 quam ingentes necesse sit huiusmo-  
 di esse diuitias, quandoquidem ex  
 tantâ familia & societate Ordinis  
*B. Virginis Mariæ de monte Car-  
 melo* depromantur.

Petes tertio, quis prædicta opera  
 bona Confratribus sacri Scapularis  
 attribuit? Respondemus, primo  
 summos Pontifices, penes quos to-  
 tius Ecclesiæ militantis regimen est  
 & administratio id præstitisse, patet  
 hoc præsertim ex Pontificio Cle-  
 mentis Septimi diplomate, cuius  
 principium est, *ex Clementi &c.*  
 Quod sanè à subsequentibus Pon-  
 tificibus reuocatum nullatenus  
 fuit, cum vt optimè annotauit Ro-  
 der. super eandem bullam, talis o-  
 perum communicatio non sit in-  
 dulgentia.

Eadem applicatio meritorum satis superque confirmata non ita pridē à Clemente O<sup>ct</sup>avo & Paulo Quinto in bullis nobis cōcessis, quæ habentur authēticæ in nostro Conuentu Pragenſi.

Sed esto, quod nulla foret à summis Pontificibus istiusmodi operum bonorum Confratribus nostris facta applicatio, Sufficit, & per se stat sacri Ordinis nostri Præpositi generâ is auctoritas & potestas; etenim secundum ius cōmune, subditorum suorū opera potest cōmunicare Prælatus, super quæ auctoritatem sibi vindicat: eo nāque ipso, quo Cōgregationis regimine & cura pollet, bonorum quoque operum eiusdem auctoritate dispensatua pollere censetur. Quod plenissimè noster egregius Doct̃or Thō. VValdensis cōtra impiū VViclephum defendit: Quippe cum impius ille hæresiarcha, impio ausu,

K 2

fre.



fremitu, & liuore terribissimo hæc operū bonorum communicationē ē medio tollere niteretur, ad eò solidis rationibus eum conuicit nonster Doctor, vt tota Anglia silente, & viri doctrinā admirante & cōplectēte, confusus & cōuictus remanserit VViclephus. Præcitati Doctoris rationes & fundamenta afferre omitto: nec enim opus esse arbitror, cum his temporibus neminem mihi persuadere possim, qui impiam VViclephi doctrinam suscitare ausit.

Rogabis quarto: quomodo hæc bonorum operum participatio de qua loquimur aliquid nouum cōferat, cum in Ecclesia Dei inter fideles sit mutua quorumcumque bonorum operum participatio? vt nāque ait D. Thomas, ipso iure & facto opera in gratia & charitate facta sine speciali aliqua applicatione omnib<sup>9</sup> iustis in dicta gratia & charitate existentibus commu-

nicant-

*Opus.  
6. in  
exp  
Symb.*

nicantur, vt ex illo Dauidis cōstat;  
*Particeps ego sum omnium timentium  
 te & custodientium mandata tua?*

Respondemus, momenti pluri-  
 mi esse, & specialissimi, hanc bo-  
 norum operum nostrorum pro  
 Cōfratribus sacri Scapularis com-  
 municationem, & à fidelium com-  
 municatione vniuersali longè dis-  
 parem.

Pro quo notandum duplīciter  
 pia & sancta opera posse à quoli-  
 bet iusto alijs cōmunicari, primò  
 per actum expressam voluntatis,  
 quā quispiam quasi donando hu-  
 iusmodi opes spirituales alteri im-  
 pertitur. Secūdo sine expresso actu  
 voluntatis, sed quasi naturali qua-  
 dam cōsequentiâ, & cōiunctione,  
 sicuti quādo duo homines inter se  
 amici & longè chari vnionis vincu-  
 lum inter se inveniunt, eo ipso omnia  
 eorum sunt cōmunia prout habet  
 prouerbium græcū πάντα τὰ κείνα  
 φυλάειν ita vt quo cōiunctio maior

liberit & strictior, eo melior & interior sit participatio & communicationis bonorum.

Cum igitur sit latissima quam confociatio omnium eorum, qui gratia & charitatis habitu praediti sunt: qui sicut latissimè coniunguntur, sic etiã inter se latissime & communissimè participant in bonis & pijs actionib<sup>9</sup> suis. Est alia verò coniunctio magis specialis, eorū qui specialiter inter se cōiunguntur, vt videre est in vna familia, vbi fratres inter se specialissimè coniunguntur ratione filiationis in ordine ad patrem vnū; ideoque specialibus bonis & cōmodis inter se perfruuntur.

Haud secus in proposito nostro quātumuis fideles inter se vniantur & coniungantur, hoc tamē latissimè est ratione habitus charitatis, ideoque latissima est participatio & communicatio bonorū operū. Cū verò per hoc sacrum Scapulare

lare specialiter inter se confratres euadant sub vnica cælesti Matre nimirum Deipara Virgine, necesse est ratione huius filiationis specialem intercedere cõmunicationem quandoquidem speciale sit vinculum & coniunctio. Quod optimè S. Thomas explicat dicens dupliciter contingere quempiam in alterius operibus bonis participare: primò propter, inquit, communicationem in radice operis, quæ est charitas in operibus meritorijs, vnde omnes, qui inuicem charitate connectuntur, aliquod emolumentum ex mutuis operibus reportant.

Alio modo, ait, ex intentione facientis quod aliqua opera specialiter ad hoc facit, vt talibus profint, vnde ista opera quodammodo efficiuntur eorũ pro quibus fiunt quasi eis à faciente collata, vnde possunt eis valere, vel ad impletionem satisfactionis, vel ad quidquid huiusmodi &c.

Quapropter aduertant confratres, quam bonum sit & quam iucundum sub huius confraternitatis domicilio habitare in vnum; non enim dictu facile est, quot gratijs & beneficijs ratione huius communicationis afficiantur. Satisfaciunt enim pro pœnis temporalibus & in purgatorio luendis de condigno, vt aiunt, sicuti ac si ipsimet illa opera bona exercerent, quod aliàs si Scarpulare non gestarent, neutiquam foret per communem illam fideiũ inter se communionem. Rursus si diaboli suggestiones & tentationes prauæ ingruant, per hanc communicationem sæpè impetratur subsidium, quo aduersus tela nequissimi ignea præmuniuntur. Si infirmi, si imbecilles, si tepidi, aliorum benefacta eos ita Deo commendant ratione huius communicationis, vt in viros perfectos & sanctos sæpissimè euadant; licet verum sit, quod hoc non sequatur infallibiliter:  
vel

vel ob aliquam rationem diuinæ  
 prouidentiz, vel propter obstina-  
 tionem alterius, cui meritum hoc  
 applicatur.

## CAPVT XIII.

*De Indulgentiis Confraternitatis sacræ  
 Scapularis.*

Quantumuis infinitæ prope-  
 modum sint indulgentiæ, qui-  
 bus sacri Scapularis Confratres  
 gaudent, attamē in hoc libello nō  
 statuimus eas omnes recensere:  
 sed illas præsertim, quas nuperri-  
 ma Pontifex maximus ex thesau-  
 ro Ecclesiæ concessit & approba-  
 uit. Non est enim dubium, quin  
 maximè liberales fuere sūmi Pōti-  
 fices erga filios B Virginis, ita vt  
 ex thesauro Ecclesiastico plenissi-  
 mē effuderint, sed nimis diu in  
 illis omnibus recensendis hæ-  
 reremus, propterea aliquibus  
 supersedendum est, præsertim

cum hic velimus eas solummodo adferre ex Paulo Quinto, quæ hætenus nunquam fuere reuocata: ac propterea in suo plenissimo vigore permanent. Habetur autem in quadam bulla *quæ incipit*, *Cum certas vnicuique* data nobis anno 1606. summam illas hic infra recensebimus, postea addemus nonnullas alias Christi fidelibus in communi datas.

SEQVUNTUR INDVLTENTIA.

PAVLI V. PONTIFICIS

*Confratris sacri Scapularis concessa.*

OMnibus vtriusq; sexus Christi fidelib. qui dictam Confraternitatem vbiuis locorum tã hætenus can. institutam vt præfertur. quam deinceps instituendam de cætero ingredientur, & habitum receperint, die primo eorum ingressus, si verè pœnitentes & cõfessi sanctissimum Eucharistia Sacra-

cramentum sumpserint plenaria cōceditur indulgentia.

Item tam ipsis pro tempore describendis quam iam descriptis in dicta Confraternitate Confratrib. & Confororibus verè pœnitentibus & confessis & sacra communionē refectis, qui in principali festo commemorationis eiusdem B. Mariæ die 16. mensis Iulij aut iuxta ritum nonnullorū locorum die Dominica immediate sequenti celebrari solito Sanctis. Eucharistiæ Sacramentū sumpserint, ac pro Christianorū Principū concordia, heresum extirp. ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenaria indulg.

Item in mortis articulo eisdem vtriusque sexus Confratrib. qui pœnitentes & confessi ac sacra cōmunionē refecti nomen Iesu ore si potuerint: sin autem; corde deuotè inuocauerint, plenaria, similiter omnium peccatorū suorū indul. & remissio conceditur. Item



Item ijsdem Confratribus & cō-  
fororibus qui similiter pœnitentes  
& confessi, ac sacra communione  
refecti processioni in vna Domi-  
nica cuiuslibet mensis per dictam  
Confraternitatem faciendæ de-  
uotè interfuerint & ibi, vt præfer-  
tur, orauerint, 7. anni & totidem  
quadragenæ: in alia verò bullà data  
anno 1609. plenaria conceditur.

Item ijs qui ab esu carniū ijs  
diebus quibus Confratres dictæ  
Confraternitatis ex illius instituto  
vesci non solent, abstinebunt, ter-  
centi dies.

Item qui qualibet die septies o-  
rationem Dominicam & toties sa-  
lutationem angelicam ad honorem  
septem gaudiorum eiusdem B. Ma-  
riæ recitauerint, quadraginta dies.

Item qui cum habitu eiusdem  
Confraternitatis pœnitentes & cō-  
fessi semel in mense sanctissimum  
Eucharistiæ Sacramentum sum-  
pserint & vt præfertur orauerint  
quinque

**C A R M E L I T A R V M.** 229  
quinque anni & totidem quadragenæ.

Item ijs Confratribus & Conso-  
roribus qui pœnitentes & confessi  
in qualibet ex festiuitatibus eius-  
dem B. Mariæ Virginis sanctissi-  
simum Eucharistiæ Sacramentum  
in Ecclesia vel Cappella dictæ Cõ-  
fraternitatis deuotè sumpserint &  
vt supra dictum est, orauerint, tres  
anni & totidem quadragenæ.

Item qui cum lumine dictum  
Eucharistiæ Sacramentum cum ad  
infirmos defertur comitati fuerint,  
& pro eisdem infirmis pias ad Deũ  
preces effuderint, quinque anni &  
totidem quadragenæ.

Item qui corpora defunctorum  
tam Confratrum, quam Conso-  
rorũ ac aliorum ad sepulturam associa-  
uerint & pro animabus Deum ora-  
uerint, centum dies.

Item quoties prædicti Confra-  
tres & Consores officium eiusdẽ  
B. Mariæ, deuotè recitauerint centũ  
dies

Item qui missis & alijs diuinis officijs in Ecclesia vel Cappella aut oratorio dictæ Confraternitatis pro tempore celebrandis seu Congregationibus publicis vel priuatis eiusdem Confraternitatis vbiuis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint aut eis in eorum necessitatibus vel periculo peccandi existentibus auxiliati fuerint, aut elemosinas temporales vel spirituales eis dederint, vel pacem cum inimicis proprijs vel alienis composuerint seu componi fecerint vel procurauerint, aut deuium aliquem ad viã salutis reduxerint, & ignorantes Dei præcepta, & ea quæ ad salutem sunt necessaria docuerint, aut quodcũq; pietatis vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum centum dies de iniunctis eis seu alijs quomodolibet debitis pœnitentijs relaxantur.

*Seqni-*

SEQVITVR SVMMARIVM  
*Indulgentiarum à variis Pontificibus  
 concessarum, quarum impressionem &  
 publicationem in Camera Apostolica post  
 earundem reuocationem permi-  
 sit idem Pontifex  
 Paulus V.*

**L**Eo Papa IV. Omnibus Christi  
 Fidelib. qui Ecclesias B. Mariæ  
 de monte Carmelo huiusmodi in  
 festis Natiuitatis Dom. Paschæ, A-  
 post. Petri & Pauli, Pétech. Assûp-  
 Natiuitatis, Annunc. Purif. eiusdē  
 B. Genitricis Mariæ, S. Michaelis  
 Archang. omnium SS. in duobus  
 festis sanctæ Crucis, Natiuit. S. Io-  
 annis Baptistæ, Sanctorum mar-  
 tyrum Fabiani & Sebastiani, & in  
 die parasceues, & per octauas præ-  
 dictarum festiuitatum & vocabu-  
 lis omnium Ecclesiarū dicti Or-  
 dinis deuotè visiterint septem an-  
 nos & totidem quadragenas:

*Adria;*

Adrianus II. Stephanus V. & Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius IV. & Innocētius IV. (qui dictum Ordinem confirmavit) omnibus Christi fidelibus verè poenitentibus contritis, & confēsis qui prædictas Ecclesias piè visiterent in prædictis festiuitatibus vel earum octauis Confratriam dicti Ordinis assumerent & eā intrarēt, tertiam partem omnium peccatorum in Domino relaxarunt.

Clemens III. Alexāder II. Gregorius V. & Gregorius VII. in prædictis festis, & in qualibet eorundem similem gratiam largiti sunt.

Clemens IV. eiusdem Christi fidelibus qui prædictas Ecclesias quater in anno visiterēt, videlicet in quatuor festiuitatibus eiusdem Dei Genitricis Mariæ triginta annos, & totidem quadragenas piè concessit.

In priuilegio Generali Lucij Papæ III. remittuntur ab eodem peccata

cata leuia, offensa parentum, & negligentia votorum fractorum, dū tamen fractor ad vota rediret: & male acquisita si scitur. cui restitui debeant non prædictis locis, seu illorum domibus.

Innocentius IV. & Gregorius Octauus concesserunt qualibet die cuilibet dicenti Pater & Aue Maria in dictis Ecclesijs pro viuis & defunctis quadraginta dies indulgentiarum:

Honorius III. & Nicolaus IV. Romani PP: omnibus verè poenitentibus omnium peccatorum suorum veniam polliciti sunt:

Honorius IV. omnibus verè poenitentibus & confessis dicti Ordinis Ecclesias visitantibus, quadraginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentijs, vid. in festo vocabulorum ipsarum Ecclesiarum, & in die sancto Parasceues, necnon in die sanctæ Crucis, ac festiuitatibus Natiuitatis, Annūciatio-

ciationis, Purific. Assumpt. Dei Genitricis Mariæ misericorditer in Domino relaxauit & concessit.

Benedictus XI. omnib. verè pœnitentib. & confessis, qui ter in hebdomada, videlicet quadragesimali tempore, 2. & 4 & 6. ferijs, & etiam in festis vocabulorum omniû Ecclesiarû dicti Ordinis nec nō in diebus sabbathi ad B. Dei Genitricis prædictæ reuerentiam, & in dieb. Dom. easdem Ecclesias piè visiterét, 40. annos, & totidem quadragenas, & omnium peccatorum septimæ partis remissioné in Domino relaxauit, omnesq; indulg. & peccatorû remissiones à suis Prædecessoribus Româ PP. dicto Ordini concessas in dieb. & festis prædictis duplicando.

Ioannes XXII. Oēs indulg. & peccatorû remissiones à Romanis PP: prædecessoribus suis dicto Ordini concessas confirmauit, ac 40. annos, & totidem quadeagenas de iunctis pœnitentijs vniuersis Christi

Fidelibus dicti Ordinis Ecclesias in qualibet solēnitate a. festiuitatū B. Dei Gē. Mariæ, videlicet Natiui. Annūnc. Purific. & Assumpt. visitantibus contritis, & confessis in Domino piè concessit.

Urbanus VI. Perpetuò cōcessit his qui ordinē Carmelitarū & fratres eiusdē Ordinis, ordinem, seu fratres ordinis B. V. Mariæ de mōte Carmelo, vocauerint, nominauerint & appellauerint, si in gratia extiterint, tres annos, & totidē quadragenas indulgentiarum.

Nicolaus V. omnes indulgentias, & peccatorum remissiones ac omnia priuilegia dicto Ordini à supradictis Romanis PP. Prædecessoribus suis in prædictis diebus & festis cōcessa motu proprio duplicando confirmauit, atque annos septem & totidem quadragenas in Domino relaxauit.

Sixtus Papa IV. omnes Indulgentias Ordini prædicto & illius  
domi-



domibus, Ecclesijs, atque personis vtriusq; sexus in genere vel in specie quomodolibet concessas in suo robore suaq; firmitate confirmavit, approbavit, & innouavit, ac denuo concessit : & omnium mendicantium indulgentias, ad Carmelitas & alias personas extendit, ac si nominatim illis concessæ fuissent.

Idem summus Pontifex in Cōceptionis, Præsentationis, Natiuitatis, Assumptionis, Visitationis, Purificationis, Annūciationis, Beatissimæ Dei Gen. Mariæ festiuitatibus & per septem dies sequentes, & in diebus vocabulorum Ecclesiarum, visitantibus Ecclesias, triginta annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnitētijs misericorditer in Domino relaxauit.

Demum Clemens VII. permisit, & concessit visitantibus Ecclesias, indulgentias stationum Alinæ Urbis, tam intra quam extra eam, tempo.

temporibus, quibus institutæ sũt, quas etiam Pius V. confirmavit, & approbavit.

Gregorius XIII. voluit, vt harum indulgentiarum exemplaribus, etiam impressis & manu notarij publici, ac Magistri Generalis dicti Ordinis subscriptis, aut Ordinis sigillo munitis, eadem fides vbique locorum adhibeatur, ac ipsimet originali.

Annotandum vero prædictas indulgentias à varijs Pontificibus datas esse omnibus Christi fidelibus, potissimum visitantibus Ecclesias Patrum Carmelitarum, quas Paulus V. Pontifex max. permisit anno 1609 imprimi in sua Camera Apostolica & publicari.



*Indulgentia Stationum  
sunt hæ sequen-  
tes.*

*Mense Ianuarij.*

**D**ie Circumcisionis Christi Do-  
mini indulgentia plenaria.

Die Epiphaniæ indulgētia ple-  
naria.

Die sancti Sebastiani indul-  
gentia plen.

Die S. Agnetis & Domin. se-  
quenti indul. plen.

Die Conuersionis S. Pauli in-  
dul plen.

Die S. Ioannis Chrysofomi in-  
dulg. plen.

**CARMELITARVM. 239**

Singulis diebus anni in vnaqua-  
que istarum sex Ecclesiarum nem-  
pe sancti Ioannis Lateranensis, san-  
cti Rochi, sancti Ludouici, sanctæ  
Luciæ, sancti Hieronymi, sanctæ  
Mariæ de planctu est indulgentia  
plen.

Singulis Dominicis mensis præ-  
dicti visitando Ecclesiam, S. Pauli  
extra muros Roman. intuitu S. Se-  
pulchri Christi Domini, liberatur  
vna anima ex purgatorio.

Singulis diebus mercurij prædi-  
cti mensis visitando Ecclesiam san-  
cti Laurentij extra muros Romæ  
liberatur vna anima ex purgato-  
rio.

**MENSE FEBRUARII.**

Die Purificationis B. Virginis  
Mariæ indul. plen.

Die S. Agathæ indul. plen.

Die Cathedræ sancti Petri in-  
dul. plen.

Die sancti Matthiæ indulgentia  
plenaria.

Sin-

Singulis diebus Dominicis eiusdem mensis in prædicta Ecclesia.

Sancti Pauli ut in mense supra dicto.

Singulis ferijs quartis eiusdem mensis in S. Laurentio ut in prædicto mense.

*M E N S E M A R T I I.*

Die S. Thomæ de Aquino indulgentia plenaria.

Die S. Gregorij Papæ indulgentia plenaria.

Die sancti Iosephi sponsi Beatissimæ Virginis indul. plen.

Die S. Benedicti, indulg. plen.

Singulis diebus Dominicis prædicti mensis in S. Paulo ut supra dictum est.

Singulis diebus eiusdem mensis in vnaquaque dictarum Ecclesiarū indulg. plen.

*M E N S E A P R I L I S.*

Die S. Marci Evangelistæ, indul. plen.

Die S. Petri Mart. indulg. plen.

Singu-

**CARMELITARVM. 241**

Singulis diebus Dominicis dicti  
mensis in S. Paulo vti prædictum  
est.

Singulis ferijs quartis eiusdem  
mensis in S. Laurentio vt prædi-  
ctum est.

Singulis diebus eiusdem mensis  
in vnaquaque dictarum Ecclesiarú  
indulg. plen.

**MENSE MAII.**

Die Sanctorum Philippi, & Ia-  
cobi indul. plen.

Die S. Crucis indulg. plen.

Die S. Michaelis indulg. plen.

Die S. Bernardini, indulg. plen.

Die sancti Ioannis ad Portam La-  
tinam, indulg. plen. & liberatur vna  
anima ex purgatorio.

Singulis diebus Dominicis in S.  
Paulo vt supradictum est.

Singulis ferijs quartis eiusdem  
mensis in S. Laurentio vt supradi-  
ctum est.

Singulis diebus mensis prædicti  
L in vna-

242      T H E S A V R V S  
in vnaquaque dictarum Ecclesiarū  
indulgentia plenaria.

M E N S E I V N I I.

Die secunda Iunij, & Die S. An-  
tonij de Padua indul. plen.

Die S. Barnabæ decem anni in-  
dulgentiarum.

Die S. Ioannis Baptistæ, & per  
totam octauam indul. plen.

Singulis diebus Dominicis dicti  
mensis in S. Paulo vt supradictum  
est.

Singulis ferijs quartis dicti men-  
sis in S. Laurentio vt supradictum  
est.

Singulis dieb. supradicti mensis  
in vnaquaque dictarum Ecclesiarū  
indulg. plen.

M E N S E I V L I I.

Die Visitationis B. V. Mariæ in-  
dulg. plen.

Die sancti Alexij Confessoris in-  
dulg. plen.

Die sanctæ Mariæ Magdalens  
indulg. plen.

Die

Die S. Iacobi Apost. indul. plen.

Die S. Annæ indulg. plen.

Singulis diebus Dominicis dicti mensis in sancto Paulo vt supradictum est.

Singulis ferijs 4. dicti mensis in S. Laurentio vt dictum est.

Singulis diebus dicti mensis in vnaquaque dictarum Ecclesiarum indulgentia plenaria.

**MENSE AVGVSTI.**

Die S. Petri ad vincula indul. pl.

Die inuentionis sancti Stephani indul. plen.

Die S. Dominici indul. plen.

Die Transfigurationis indul. pl.

Die S. Laurentij indulg. pl.

Die Assumptionis B. V. Mariæ indulg. plen.

Die S. Ludouici indul. plen.

Die S. Bartholomæi indul. pl.

Die S. Augustini indul. pl.

Die decoll. S. Ioa. Bapt. indul. pl.

Singulis dieb. Domin. dicti mensis in S. Paulo vt supradictum est.



Singulis ferijs quartis dicti mensis in S. Laurentio vti prædictum est.

Singulis diebus dicti mensis in vnaquaque dictarum Ecclesiarum indul. plen.

*MENSE SEPTEMBRI.*

Die Natiuitatis B. V. Mariæ indulg plen.

Die sanctæ Crucis indul. plen.

Die S. Matthæi indul. plen.

Die S. Michaelis indul. plen.

Die S. Hieronymi indul. plen.

Singulis diebus Dominicis in S. Paulo vt supradictum est.

Singulis ferijs quartis prædicti mensis in S. Laurentio vt prædictum est.

Singulis diebus prædicti mensis in vnaquaque dictarum Ecclesiarum indul. plen.

*MENSE OCTOBRI.*

Die S. Francisci indul. plen.

Die sancti Lucæ indulgentia plenaria.

Die

**CARMELITARVM.** 247

Die Sanctorum Apostolorum  
Simonis & Iudæ indulg. plen.

Singulis diebus Dominicis præ-  
dicti mensis in S. Paulo vt prædi-  
ctum est.

Singulis ferijs quartis prædicti  
mensis in S. Laurentio vt prædi-  
ctum est.

Singulis diebus mensis prædicti  
in vnaquaque Ecclesiarum prædi-  
ctarum indulg. plen.

**MENSE NOVEMBRI.**

Die omnium Sanctorum & per  
totam octavam indulg. plen.

Die Commemorationis defun-  
ctorum indulg. plen.

Die Præsentationis B. V. Mariæ  
indulg. plen.

Die sanctæ Cecilie indulg. plen.

Die S. Clementis indulg. plen.

Die S. Catharinæ indulg. plen.

Die S. Andreæ indulg. plen.

Singulis diebus Dominicis præ-  
dicti mensis in sancto Laurentio vt  
prædictum est.

**T H E S A V R V S**

**S**ingulis ferijs 4. dicti mensis

**S.** Laurentio vt dictum est.

Singulis diebus mensis dicti

vnaquaque dictarum Ecclesiarum

**in** indul. plen.

**M E N S E D E C E M B R I.**

**Die S. Nicolai** indul. pl.

**Vigilia Conceptionis in vesperis**

**indul. pl.**

**Die Conceptionis** indul. pl.

**Die S. Thomæ** indul. pl.

**Die Natiuitatis Domini in vna-**

**quaque trium missarum** indul. pl.

**Die S. Stephani** indul. pl.

**Die S. Ioannis Euang.** indul. pl. &

**liberatur vna anima ex purgatorio.**

**Die sanctorum Innocentium in-**

**dul. pl.**

Sing. dieb. Domini mensis dicti in

S. Paulo vt supradictum est.

Sing. ferijs quartis prædicti mē-

sis in S. Laurentio vt supradictū est.

Singulis dieb. mensis supradicti

in vnaquaque dictarū Ecclesiarum in Ia-

nuario recensitarum indul. pl.

CARMELITARVM. 247,  
INDVLGENTIAE FESTO-  
rum Mobilium.

Die dominica septuagesimæ in-  
dul. plen. & liberatur vna anima ex  
Purgatorio.

Die dominica sexagesimæ in-  
dul. plen.

Die dominica Quinquagesimæ  
indul. pl.

Prima die quadragesimæ, diebus  
Iouis veneris, & sabbathi indul. plen.

Prima die dominica, & feria se-  
cunda quadragesimæ indul. plen.

Feria 3. indulg. plen & liberatur  
vna anima ex purgatorio & alijs  
diebus eiusdem septimanæ est in-  
dulgentia pl.

2. die Dominica & alijs diebus  
eiusdem hebdomadæ excepta fe-  
ria sexta indulgentia plenaria, &  
sabbathi liberatur anima ex pur-  
gatorio:

3. die dominica indulgentia pl.  
& liberatur anima ex purgatorio

& singulis diebus eiusdem hebdomadæ indulgentia plen.

4. die Dominica indulgentia plenaria & liberatur anima ex purgatorio, & singulis diebus eiusdem hebdomadæ indul. plen.

Die Dominica Passionis, & ferijs 2. 3. 4. & 5. indulg plenaria, & similiter feria sexta, & liberatur anima ex purgatorio & pariter die sabbathi.

Die dominica Palmarum indul. plen. & singulis diebus eiusdem hebdomadæ.

Die Paschatis ferijs 2. & 3. Indulg. plen feria 4. indul. plen. & liberatur anima ex purgatorio, feria 5. die sabbathi, & dominica in albis indulg. plen.

Die Ascensionis indul. plen.

Vigilia Pentecostes indul. plen.

Die Pentecostes 2. 3. & 4. ferijs indulg plen.

Feria 5. indul. plen. & liberatur anima ex purgatorio feria 6. indul. plen.

Die

CARMELITARVM. 249

Die sabbathi indulg. plen. & liberatur anima ex purgatorio.

Quatuor temporibus Sanctissimæ Trinitatis, scilicet quarta & sexta ferijs. & die sabbathi indulg. plen.

Die Corporis Christi indulgentia plen.

Prima 2 3. & 4. Dominicis Adventus indulg. plen.

Quatuor temporibus Adventus indulg. plen.

Has indulgentias Confratribus concedunt varij Pontifices, præsertim Clemens VII. Pius V. Gregorius XIII. & alij.

*Sequuntur alia Indulgentia à Sixto V. Carmolitis Discalceatis & consequenter Confratribus concessa, quæ etiam ad ceteros Christi fideles extenduntur.*

Quoties ferijs quintis in nostris Ecclesijs missæ interfuerint, ad venerationem sacratissimi Sacramenti, 100 dies Indul. lucrantur.

Quoties prædicationi aut lectioni verbi Dei quæ vesperi & mane hora quinta in nostris Ecclesijs, præsentibus adstiterint, alios ceterum dies.

Qui ad orandum nostras Ecclesias accesserint, toties quinquaginta dies.

Qui iisdem ferijs quintis confessi in nostris Ecclesijs communicauerint, tres annos & totidem quadragenas de iniunctis seu alias quomodolibet debitis poenitentijs misericorditer in Domino relaxauit.

Deinde ijs, qui salutarint alios, dicendo vulgari vel latino sermone, *laudetur Iesus Christus: & eis qui sic responderint; in sacula, vel amen, aut semper*, vtrisque tam saluantibus, quam respondentibus quinquaginta dies indulgentiarum, vbi cumque id factum fuerit.

Idem quoties nomen dulcissimi Iesu ore nominauerint reuerenter 25. dies. Similiter quotiescunque nomen suauissimæ matris suæ Mariæ ore pronunciauerint, 25. dies.

Si verò in articulo mortis fuerint, & nomen Iesu vel Maria ore, vel corde, si ore non potuerint, inuocauerint, dummodo ante habuerint consuetudinem. sic salutandi vel nominandi idem nomen Iesu, plenarium omnium suorum peccatorum indulgentiam & remissionem consequuntur.

*Aduerte hanc indulgentiam esse dissimilem ab ea, quam supra attulimus, nam ibi dicitur, qui idem nomen corde in articulo mortis inuocauerit, si nimirum confessus fuerit, & sacram sumpserit synaxim, indulgentiam plenariam consequi: hic verò talis conditio non apponitur: sed alia, nempe dummodo ante habuerit consuetudinem sic salutandi vel nominandi idem nomen Iesu.*

Itē quoties litanias nominis Iesu: infra apponēdas recitarint 300. dies.

Item quoties litanias B. Virginis similiter infra describendas legerint, toties ducentos dies.

Hæ indulgētiae habētur in bulla



nobis concessa à Sixto V. anno millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Pontificatus sui anno tertio, incipit bulla. *Reddituri &c.*

Quæ Indulgentiæ, etiam modo sui roboris sunt integerrimi, quippe quibus nec derogarunt Clemens VIII. nec Paulus V.

Immo prædictus Sixtus V. sic habet in sua bulla.

*Decernentes præsentem literas nullo unquam tempore per quascumq; alias literas Apostolicas reuocari suspendi, aut limitari, seu illis derogari posse. Et si de illis aliquando derogari aut suspendi vel reuocari, aut limitari contigerit in genere vel in specie, statim in pristinum, & eum in quo ante præmissa erant statum restitutas, repositas, & plenariè redintegratas esse & censi debere reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs in contrarium facientibus quibuscumq; non obstant.*

## CAPVT XXIII.

*De conditionibus & obligationibus requisitis ab ijs qui sacrum Scapulare habent.*

**L**icet passim & vt plurimum res arduæ immenso labore & mole conquirantur, quippe quanto finis est sublimior; tanto media sunt altiora & difficiliora: attamen, quantumvis sacri Scapularis priuilegia & gratiæ sint sublimissima, vt vidimus, attamen facillima sunt media & perexiguæ admodum laboris.

Vt illud constet; annotandum est primo, in quibusdã libris de sacro Scapulari hactenus conscriptis obligationes & media confundi, quæ requiruntur ad gaudendum sacri Scapularis priuilegijs. Vt igitur nullus sit errori locus distinctè & clarissimè omnia requisita ad istud subiungemus.

Secundo est annotandum, cum diuersæ fuerint, præter priuilegium bullæ sabbathinæ, indulgentiæ & gratiæ, confratribus nostris concessæ; hinc plurimis errandi & confratrum obligationes confundendi, præberi ansam; cui errori in præsentem occurrendum putauimus, præcisè & fideliter ex diplomatibus Pontificijs eiusmodi obligationes, retexendo.

Itaque modo non compræhendimus quasdam speciales indulgentias, quæ speciales etiam requirunt obligationes: sed tantummodo loquimur de ijs priuilegijs, & gratijs quæ primo & principaliter nostris Confratribus conceduntur, vt sunt ea quæ in reuelatione B. Simonis contineri ostendimus; secundo, vt est priuilegium bullæ sabbathinæ, quo Confratrum animas à pœnis purgatorij primo post obitum sabbato liberari piè credendum est. Tertio vt est participatio omnium bono-

bonorum spiritualium nostræ sacræ religionis, qua gaudent confratres: quicumque horū ergo particeps esse voluerit, sequentes conditiones & obligationes obseruare debet.

Primò debet. sacrum Scapulare assumere & secum gestare.

Secundò castitatem pro suo statu colere, nimirum, si fuerit virgo, virginitatem; si vidua continentiam; si coniugata, matrimonij iura, prout sancta Ecclesia præcipit. Eadē proportionē de viris intelligendum est.

Tertiò officium paruum B. Virginis recitare, vel si recitare nesciat, Ecclesiæ ieiunia obseruare, & feria 4. sabbatho à carnibus abstinere, nisi vbi in ijs diebus Natiuitatis Domini festum inciderit.

Hinc valde notandū est tres conditiones solummodo requiri, neque verò quasdam alias deuotiones & recitationes esse necessarias, sicuti subinde quosdā Confratres compe-

rimus.

rimus, qui singulis diebus recitant septem vicibus Pater noster & Ave Maria; alij addunt Credo in Deum, alij alia, quæ licet pijsimæ sint deuotiones & Deo gratissimæ; at tamen ad sacri Scapularis prædicta priuilegia consequenda nulla tenus sunt necessaria: sed tantum ea quæ diximus, vt præsertim patet ex bulla Gregorij Decimi tertij quæ incipit, *Vniuersis & singulis*

Ex prima igitur conditione præallata patet eos Confratres, qui posteaquam sacrum Scapulare à nobis acceperint, domi recondunt, nec secum deferunt, non gaudere priuilegijs sacri Scapularis: immò adeo hæc conditio est necessaria, vt non tantum de die deferre secum debeant, sed etiam de nocte vt patet ex bulla Gregorij XIII.

Ex secunda conditione patet eos qui corporis illecebras & libidines impio cursu sequuntur, non fieri cōfortes bonorum sacri Scapularis:

qua est enim conuentio Christi 2. Cor.  
ad Belial? aut qua pars fidei cum  
infideli? Cum igitur infidelissimus  
sit Deiparæ Virgini, quisquis illi-  
cito ausu carnales concupiscentias  
& libidines explet, quomodo sacro  
Confratrum cætui communicaret?  
adeo pura & casta fuit dilectissima  
mater, & quomodo filium suum,  
qui per voluntatem rebellem dege-  
nerat, & sui corporis prodigus exi-  
ffit, honorum suorum consortem  
faceret?

Postrema demum conditio:  
constat requiri vt officium paruum  
B. Virginis persoluatur: ita vt qui  
illud nouerint persoluere omnino  
ad hoc teneatur: firmius, Ecclesiæ  
ieiunia obseruent, & ab esu carnum  
feria 4. ac sabbatho abstineat quod  
totum fusius modo explicabitur.

Inquires vnde nobis constat has  
tres obligationes siue condiciones;  
tantummodo esse requisitas, & non  
alias, cum in varijs multorum Põ-  
tificum

nificum bullis nonnullæ aliæ appositæ reperiantur, imò in varijs libellis, & summarijs de sacro Scapulari conscriptis tamvariæ apponâtur?

Respondemus hoc nobis constare ex nouissimo Pauli V. Pontificis summi decreto, quod supra retulimus, & de nouo adferimus, vt illud maturius in præsentî discutere possimus. Sic igitur habet prædictus Pontifex. *Patribus Carmelitanis permittatur predicare, quod populus Christianus possit piè credere de adiutorio animarum fratrum, & Confratrum Sodalitatis Beatissimæ Virginis Mariae de monte Carmelo, vlt. Beatissimam Virginem animas fratrum, & Confratrum in charitate decedentium, qua in vita habitum gestauerint, & castitatem pro suo statu coluerint, officiumq; paruum recitauerint, vel si recitare nesciant, Ecclesiæ ieiunia obseruauerint, & feria 4. & sabbatho à carnibus abstinerint nisi vbi in hys Natiuitatis Domini festum inciderit, suis intercessionibus*

*fronibus cōtinuis, p̄ysq; suffragiis, & meritū, ac speciali protectione post earum transitum præcipuè in die sabbati qui dies ab Ecclesia eidem B. Virgini dicatus est, adiuturam.*

Primò notandum hoc decretum velut præcedentium bullarū & diplomatum Pontificiorum explicatum esse. Nam ubi Pontifices alij (vt Clemens VII.) dicunt B. Virginem visitare & liberare animas Cōfratrum in purgatorio degentes; hic Paulus V. explicat & intelligit de visitatione & liberatione per modū suffragiorū, & meritorum eiusdem Virginis; Igitur etiā cēsendū est, per hoc decretum cōditiones ipsas & onera quæ in varijs Pontificū præcedētium bullis diuersimodè satis cōperiūtur, ritè & genuinè explicari.

Aduertendū insuper quod in hoc decreto loquitur de solo priuilegio bullæ sabbatinę seclusis alijs. At verò præcedētes Pōtifices sēper cū priuilegio bullæ sabbati. speciales quasdam indul-



indulgentias & gratias adiunxerūt ratione quarum alia onera à præsentibus tribus conditionibus siue obligationibus merito iniungere; prout statim patebit.

Tertio dato & non concesso, quod ceteri Pontifices pro bullæ sabbathinæ priuilegio acquirendo, & sacri Ordinis nostri meritis participandis, in quibus principaliter totum huius Confraternitatis bonum consistit, onera alia & conditiones à prædictis imposuissent; verumtamen cum hoc decretum Pauli Quinti sit per modum constitutionis Pontificiæ limitatiuum aliarum multarum rerum, quæ in beneficium bullæ sabbathinæ olim adiungebantur; consequenter dicendum est esse pariter omnium onerum & conditionum aliarum limitatiuum; ac proinde sicut alijs rebus in hoc decreto contentis stādum est, ita etiam solis prædictis tribus conditionibus & oneribus.

Quar-

Quarto & ultimo, quia licet hoc bullæ sabbathinæ priuilegium fuerit cælitus collatum, à beatissima Virgine, imò à Christo Domino, cuius amplam fidem facit Ioannes Vigésimus secundus his verbis: *Istam ergo sanctam indulgentiam accepto, robore in terris confirmo, sicut propter merita Virginis Christus concepit in cælis. Tamen onera & conditiones reliquit iniungendas pro libitu Pontificis, summi velut in terris Vicarij: vt patet ex verbis, quæ refert idem Ioannes in apparitione Deiparæ sibi facta: licet etiam in nonnullis libellis easdem conditiones tres postulasse beatissima Virgo describatur.*

Itaque quantumuis alij Pontifices pro suo libitu conditiones varias obseruandas ab ijs, qui huiusmodi frui vellent priuilegio, statuissent: Attamen potuit eas immutare, imminuere, augere, imò annullare Paulus V. ac proinde cum  
 specia-

Speciale super hoc decretum ediderit: in folis conditionibus tribus supra allatis quas ipse exegit, suppressis quibuscumque alijs standum esse censemus. quod non satis aduertūt quidam in nonnullis libellis & summarijs editis.

Ut verò alias speciales indulgentias, quæ etiam nostris Confratrib. concessæ fuere, obtineāt, particulares obseruandæ sunt obligationes.

Primò qui septem vicibus orationem Dominicam & totidem salutationem angelicam in honorem 7. gaudiorum B. Virginis Mariæ recitauerit, habet quadraginta dies indulgentiarum singulis vicibus.

Ethic fuit quorundam error; qui non distinguentes hanc specialē obligationem pro hac speciali indulgentia, dicunt indiscriminatim, Cōfratres B. Virginis quotidie debere recitare 7. Pater & Aue, non intelligētes hoc non esse necessariū absolutè, sed tantūmodo pro hac indulgentia speciali consequenda, Qui

Qui recitauerit sex vicibus Pater noster & Aue Maria, videlicet .5. in honorem B. Virginis, & vnum pro sua sanctitate, subiungendo in fine singulorū Pater & Aue Maria, Gloria Patri &c. Consequentur indulgentias stationum quas Romæ consequuntur. Hæc fuit à Leone X. concessa.

Et hæc fuit causa quibusdam errandi, qui dicunt Confratres nostros debere sexies Pater & Aue perlegere, cum tamen vt ante dixi hoc absolutè non sit necessarium, sed tantummodo erat pro ista speciali Pontificis Leonis indulgentia consequenda requisitum.

Deinde quidam in suis libellis asserunt recitandū esse quotidie psalmum de profundis, quod minus probabiliter asseritur; nam tametsi hoc à Pōtificibus fuerit iniunctum, velut à Gregorio XII. Anno millesimo quingētesimo septuagesimo 7. tamen fuit ob alias indulgentias  
spe-

speciales elucrandas, quod nullatenus necessarium est ratione bullæ sabbathinæ: in qua potissimum Cōfratrum priuilegium reperitur, nec ratione cæterarum gratiarum & meritorum.

Denique alijasserunt nonnullo tempore coram venerabili Sacramento pro Ecclesiæ necessitate orandum esse; alij vesperas defunctorum esse perlegendas; alij his similia esse persoluenda, sed vt supra aliquoties diximus, ex vi huius sacræ Confraternitatis eiusmodi plura non requiruntur.

Itaque vt his omnibus amplius non immoremur, sciendum est Pōtiffices summos r̄itum in modum hanc sacram Confraternitatem approbasse, dilexisse, & varijs Indulgentijs & gratijs honestasse. Ideoque varia onera & conditiones imposuisse, quatenus Confratrum succrescerent merita: verbi gratia, Leo Papa Vndecimus, vt supra diximus

CARME-LI-TARVM. 265  
XIMUS, Confratribus nostris sexies  
Pater noster & sexies Ave Maria  
recitantibus concessit plurimas in-  
dulgentias: Item Innocentius IV.  
recitantibus semel Pater noster &  
Ave Maria. Item Alexander V.  
Pius V. & alij, septem Pater & Ave  
recitantibus, & sic de alijs, velut le-  
gentibus officium paruum beatissi-  
mæ Virginis, septem psalmos pœ-  
nitentiales &c.

Quæ omnia & singula, licet pro  
suis specialibus indulgentijs conse-  
quendis essent necessaria: non ta-  
men simpliciter ad illa tenebantur  
Confratres, nisi specialibus prædi-  
ctis indulgentijs frui voluissent, at-  
que ideo principalibus & primarijs  
beneficijs sacri scapularis potiebã-  
tur, licet illa specialia non observa-  
rent, sed tantummodo tres supra-  
dictas condiciones adimplerent.  
Restat igitur vt, non multum anxij  
sint, & solliciti de istis particulari-  
bus oneribus & conditionibus Cō-  
fratres

fratres nostri, etiam ad specialissimas illas indulgentias acquirendas; nā nuperrimè Paulus Papa V. speciales, & singulares indulgētias pro Confratrib. nostris assignavit, suasque cōditiones apposuit quas supra retulimus. Ex his verò satis superq; apparet, ratio, cur in tot libellis, & summarijs ita cōfusè, & indistinctè variæ, & multiplices conditiones à gestantibus sacrū Scapulare requirantur: Nam error fuit, quod simpliciter existimarint illas speciales conditiones esse necessarias ad fruendum gratijs & priuilegijs huius sacræ Confraternitatis: cum tamen non sit nisi ad nonnullas indulgentias consequendas.

Prima itaque cōditio siue obligatio Confratrū nostræ Cōfraternitatis, vt supra retulimus, est vt sacrum Scapulare recipiant, & secū gestēt, circa quòd primo aduertendū est, non quaslibet personas ad hunc sacrum actum admittendas esse: non

**CARMELITARVM. 267**

enim discoli, infames, scandalosi, publici peccatores, & cæteri eiusdē farinae homines sunt recipiendi: sic enim habetur in antiqua benedictione huius sacri habitus; quo etiā à scriptura sacra monemur; cū ait, *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant vos:* id est, ad propositum nostrum subintelligendo nolite cœlestem hunc habitum, & Marianum hominibus terrenis & animalibus impertiri, qui instar porcorum, in peccatorū volutabro coinquinantur: & instar canū multiplicatis sceleribus ad vomitum redeunt.

Quod utique nostri aduertant, ut personæ deuotæ, boni nominis, famæ, suæ salutis cupidæ & similes tantummodo admittantur.

Secundò in hac prima conditione requiruntur ut non solummodo recipiant, verum etiam præ fatum



facrum habitum, posteaquam à nostris receperint secum ferant.

Quod profecto vt melius expèderetur, vellemus; existimant quippe nonnulli satis esse si hunc habitũ recipiãt: & semel, vel in septimana, vel in mense quolibet secum ferant: quod sane erroneum est: nam in bullis Pontificijs statuitur, deferendum esse hunc habitum; velut in bulla Clementis VII. quæ incipit, *Ex clementi*. & plurimorum aliorum. Nec valet si quisquam dixerit, Pontifices summos, non videri determinasse, quod omni tempore deferendus sit hic sacer habitus: nam nec contrarium determinarunt; igitur cum ista à tot sæculis inualuerit consuetudo, & traditio sancta, vt die ac nocte prædictus deferatur habitus, ex hoc non leue est argumentum prædictorum Pontificum mentem fuisse vt ita fieret.

Deinde satis hæc veritas colligitur

tur ex ipsamet sacri habitus institutione, nam ad quid hic habitus potissimum nisi ut *in eo quis moriens*, ut ait Deipara Virgo Maria, *eternum non patiatur incendium*: igitur omni tempore die & nocte necesse hunc habitum deferri; quod inde patet, nam cum nemo sciat diem neque horam quâ est moriturus supponamus quempiam subinde facrum hunc habitum non gestare, si eiusmodi Confratrem eo tempore mori contigerit, repentino quodam calu vel infirmitate: nihil illi prodest sacer habitus, quippe quia in hoc necesse est mori, prout dixit sanctissima Virgo Maria, hunc videlicet in corpore gestando.

Præterea indignum videtur sese reddere alijs etiam beneficijs & priuilegijs sacri huius habitus, quisquis quolibet tempore eum ob minimas quasdam rationes & impedimenta gestare negligit: etenim est animi pigritantis & satis tepidi in-

dicium, & quod leue & suaue V. Mariæ iugum recuset; ac proinde facessat talis, nec Virginis Filius nominetur, quem decet in eius deuotione feruidum, & zelosum esse.

Annotandum est autem circa hanc primam conditionem nonnullos esse qui necessarium esse arbitratur vt Confratres in libro Confraternitatis adscribantur, adeo vt beneficiorum & priuilegiorum sacri Scapularis participes minimè reddantur qui præfato libro non inscribuntur. Sed rebus maturius cõsideratis, & altius repetitis; minus probabiliter hæc circũstantia velut necessaria asseritur; quippe cum ex nullis Pontificum bullis apertè hoc constet, cur hoc tanquam necessarium adstruatur? immo in decreto Pauli V. cum conditiones necessariæ ad sacri Scapularis indulg. obtinendas enumerentur, nulla de præcitata circũstantia fit mêtio; vnde liquido constat hanc non esse adeò

necessariam vt prædictæ indulgentiæ cæteraque sacri Scapularis beneficia acquirantur: est quidem cõsuetudo, quæ merito debet seruari, quippe laudabilis est, & honesta, sed non talis (vt diximus) quæ prædictorum bonorum communicationem tollat.

Hæc sunt quoad primam conditionem annotanda. Quoad 2. quæ à Confratrib. vt castitatẽ pro suo statu excolant, requiritur, est aduertẽdũ, nullo voto aut promisso nouo, quod vim ad obligandum habeat sub lethali peccato teneri, Confratres nostros, vt castitatem seruent; sed propositum tãtummodo hic intercedere & ab ijs requiri. Quia de causa, quantumuis in bulla Clemẽtis VII. verbum illud. *Promiserunt*, contineatur, non est intelligendum de promisso, vt vocant, ex debito iustitiæ, sed ex solo debito honestatis, quod impropriè tantum promissio dicitur, & propriè propositũ.

Itaque si quempia ex Confratribus, contra virtutem castitatis quidpiam minus honesti ( quod absit ) perpetrare contingeret, ille non aliquo nouo peccato inficitur ob id, quod sacrum Scapulare gestat, sed solummodo Dei præcepta transgreditur, quibus omnis illicita concupiscentia prohibetur; nisi forte aliunde noua obligatione ad castitatem teneatur.

Circa tertiã conditionem, in qua requiritur, vt Confratres Beatiss. Virginis officium perlegant vel si nesciuerint ab esu carniũ abstineant, diebus mercurij & sabbathi; Est aduertendum non requiri vt Confratres vtramque conditionem onerosam simul adimpleant, nimirum vt ab esu carniũ abstineant diebus mercurij, & sabbathi, & prætereà B. Virginis officium recitent ( licet consuetudo commendabilis sit vt qui vtrumque facere possit, faciat ) sed tantummodo vnum ex his duobus; vel recitent eiusmodi

di officium vel si hoc nesciuerint, abstineant ab esu carnum diebus mercurij & sabbathi.

Hoc ita intelligendum esse, colligitur primo ex bulla Clementis VII. quæ incipit. *Ex Clementi sedis Apostolica prouisione &c.* Vbi Ioannis XXII. & Alexandri Quinti diplomatum super hoc concessorum mentionem faciens, has prædictas conditiones refert. Sed clarius hoc patet ex Pauli Quinti decreto supra allato de bulla sabbathina, ubi propria auctoritate à Confratribus requirit vt officium paruum recitent: sin minus; à carnibus diebus mercurij, & sabbathi abstineant: vide Rodriq. tom: 2. de bullis Apostolicis Pauli V. Vnde valde annotandum, quod licet Pontifices summante Paulum V. liberum quasi Confratribus reliquisse videantur vt vnum ex duobus prædictis oneribus adimpleant videlicet, vt vel recitent officium paruum B.

Virginis vel ab esu carniū abstin-  
 eant diebus præfatis: tamen ex hoc  
 Pauli V. decreto habemus necesse  
 esse, vt ij Confratres qui officium  
 B. V. Mariæ recitare sciuerint, reci-  
 tent; si autem nesciuerint, tunc ab e-  
 su carniū abstineant, per hoc sup-  
 plendo defectum officij prædicti a-  
 lias recitandi. Quod si nonnullos è  
 Confratribus neutrum è prædictis  
 duobus oneribus adimplere posse  
 contigerit, sciendum est consuetu-  
 dinem inualuisse (prout ex omni-  
 bus libellis & summarijs huius sa-  
 cræ Confraternitatis colligitur) vt  
 quolibet die 7. Pater noster & Aue  
 Maria recitentur: quod licet ad bul-  
 læ sabbathinæ indulgentiam lucran-  
 dam non conducat (quippe cum ex  
 decreto Pauli V. necesse sit officium  
 B. Virginis perlegere, vel si nesciue-  
 rint, diebus Mercurij, & sabbathi à  
 carnibus abstinere) valet tamen ad  
 quotidianam indulgentiam lu-  
 crandam, prout in bulla præfati  
 Pon-

Pontificis determinatum relinqu-  
tur quæ incipit. *Cum certas unicuique*  
*&c.* Præterea sicut aliorum sode-  
litatum Confratres pensum ali-  
quod quotidianum habent, vt  
Confratres sacri Rosarij apud Do-  
minicanos, sacri cinguli apud Au-  
gustinianos &c. Per quod sese mē-  
bra viua eiusmodi Confraternita-  
tum profitentur; aliquid de suo  
quotidie toti corpori & massæ ad-  
dendo: non absimili modo nostri  
Confratres per illa septem *Pater &*  
*Aue* continuo aliquid totius Cōfra-  
ternitatis massæ addentes, sese viua  
membra profitentur.

2. Est annotandum illis qui dieb.  
Mercurij, & sabbathi ab esu. carniū  
abstinuerint, non intelligi ijs dieb.  
ieiunium esse obseruandum sed ve-  
speri sicut ceteris diebus refectionē  
possunt sumere dummodo carni-  
bus non vescantur.

3. Aduertendum si salutife-  
ram Domini nostri Iesu Christi



Natiuitatem in diem mercurij eo anno incidere contigerit posse nostros. Confratres eodem die carnis vesci prout ex Pontificijs bullis apparet. Præterea aduertendum, posse Confratres diebus quibus abstinent à carnibus, iusculis carniū vesci, cum bulla simpliciter de esu carniū loquatur, & in praxi à nonnullis fiat.

4. Insuper ex dictis potest sufficienter colligi cōfratres nostros sub peccato ad prædicta obseruāda non obligari: quapropter si diebus Mercurij sine iusta & legitima causa officium paruum, vel à carnibus abstinentiā prætermiserint: talis omisio non est in confessione exprimenda, quippe cum non sit peccatum: Tantum igitur huiusmodi per totam illam hebdomadam fructu, vel beneficio sacri Scapularis priuantur: quod profecto plurimum est, si etenim in illa hebdomada ex hac vita migrarent, prædictis omnibus priuilegijs non fruerentur.

Quæres primo an singulis dieb. officium paruum B. Virginis sit recitandum illi qui diebus Mercurij; & sabbathi ab esu carniū. non abstinet?

Respondemus singulis diebus esse recitandum; hoc colligitur, primo ex vetustis libellis de sacro Scapulari impressis, prout ex illo in gallico idiomate impresso Lugduni à P. Ioanne Pelisse, & approbato à Patre Gulielmo Champcheurieux Theologiæ Doctore in vniuersitate Parisiens.

Secundo ex bulla Clementis septimi, & ex præallato Pauli Quinti decreto; primò quia absolutè sine vlla limitatione loquuntur, proinde absolutè ac sine limitatione accipiendum; cum bullarum Pontificiarum verba valeant prout sonant. Præterea, quia præfatus Paulus V. determinat in eodem decreto dies in quibus à carnibus sit abstinentū: quod si mens ipsius foret, quotidie

prædictum officium non esse persoluendum, videtur quod utique dies determinasset quibus id præstandum esset: quod cum non fecerit, non obscure colligitur singulis diebus illud officium esse recitandum.

Tertiò adè excellentia sunt priuilegia, & gratiæ quæ ratione sacri Scapularis conferuntur, utpotè cum in ijs conferendis parcam non se exhibuerit Deipara, vel summi Pontifices, cur igitur parcos se exhibeant Confratres in officio Mariano persoluendo? præsumendum igitur est ex hoc capite quotidie esse recitandum.

Quæres 2. cur in hac Pauli V. constitutione, imò & in quibusdam aliorum Pontificum diplomatibus Apostolicis dicatur Confratribus non tantum die Mercurii, sed etiã die sabbati à carnibus abstinendum esse, cur inquam hoc dicatur, cum iuxta Ecclesiæ orthodoxæ præscriptum

cunctis.

CARMELITARVM. 279  
cunctis fidelibus die sabbathi ut  
abstinendum? Respondemus sum-  
mos Pontifices ita locutos fuisse  
primo quia in quibusdā orbis par-  
tibus diebus sabbatinis per totum  
annum, extremitatibus animalium  
ex priuilegio vescuntur: in alijs ve-  
ro regionibus à Christi Domini Na-  
tali ad Purificationem Deiparæ  
Virginis carnes manducant: monēt  
itaque prædicti Pontifices eos qui  
bullæ sabbatinæ priuilegio frui vo-  
lunt, prædictis alijs priuilegijs re-  
nunciare debere, & non tantū mo-  
do diebus Mercurij per totum an-  
num abstinere ab esu carniū, sed  
etiam diebus sabbathi, nisi tamen  
officium B. Virginis perlegerint.

---

CAPVT XXIV.

*Resoluntur nonnulla dubia circa  
sacrum Scapulare.*

**P**etes primo cuius coloris de-  
beat esse Scapulare?

*Resp.*

Resp. vt plurimū subobscuri, & fuscī coloris, quantum fieri potest; enim vero proprius & antiquus Carmelitarum color est griseus siue subobscurus prout primo patet ex Melota qua vsi sunt Elias & Eliseus Patres nostri quæ iuxta Diuum Thomam in epist. Pauli ad Hebr. c. 11. D. Anselmum ibidem, & alios, pellis est meli animalis: Porro melum, siue (vt alij vocant) Taxum constat esse animal grisei nostri seu potius castanei coloris, pilis à Cameli haudquaquam dissimilibus.

Secundo constat hoc ex traditione antiqua, & varijs grauissimisque auctoribus hoc idem asserentibus præsertim S. Anton 3. p. Hist. ca. 5. tit. 2. Ioanne Baptista Confectio in collect. priuil. mendic. Iodoc. Badio in Apolo. Mantua. c. 43. Cassaneo 4. p. cōf. 70. Iacobo Saliano anno mundi 3138. n. 44. & alijs quam plurimis, vnde non immerito superio-

periores Carmelitarum , cum in Capitulis generalibus, tum in definitorijs sæpe sæpius hoc idem iniūxerunt: vt fecere R. P. M. Petrus Raymūdus anno. 1343. Similiter B. Ioannes Soreth , quem celeberrimū sui Ordinis restauratorem, & regularis vitæ reformatorem plena manu dilaudat Paleon. P. Ioannes Baptista Caffardus ; sed nuperrimè Reuerendis. P. Sebastianus Fantonus Generalis Carmelitarū hoc idem decreuit his verbis: *Fr. Sebastianus Fant. M. ac hum. P. Gen. Ordinis Carmelitarum. Cum in definitorio nostri Capituli generalis celebrati anno 1620. die 3. Iunij in festo Pentecostes Roma in Conuentu Transpontina propositum fuerit decentissimum fore si Religiosi nostri in colore vestium omnes conuenirent, & quia maior pars griseo colore vtitur, qui & Patrum nostrorum antiquus putatur ideo RR. PP. Prouinciales Galliarum monemus & in Domino hortamur, vt suauiter dispensant.*

3. l. c.  
14.

nant Religiosos vbi commodè fieri poterit vt griseum colorem in tunicis assumant, qui etiam nobis cum Discalceatis nostris est communis, ÷s autem qui talem colorem relicto colore nigro assumpserint meritum sancta obedientia impartimur: In quorum fidem presentes sigillo nostro, nec non manuali chirographo communiuimus Datum Romae die 3. Iulij: 620. Itaque cum proprius color Carmelitarum sit griseus, consonum videtur vt Confratres eiusdem coloris Scapulare ferant licet non adeo hoc sit necessarium, vt sine illo indulta & priuilegia sacri Scapularis non communicentur, est tamen satis superque congruum & conueniens vt diximus.

Inquires secundò ex qua materia sit conficiendum? Resp. ex qualibet materia, quãdoquidem, nec in praxi, nec in iure aut priuilegijs quicquam tale determinatum reperiamus; consultum tamen foret si ex  
humi-

humili materia fieret, quippe B. Virginis filios humiles esse quam maximè decet.

3. In qua corporis parte sit ferendum? Resp. collo esse appendendum; ita inualuit consuetudo, & decencia exigit: tametsi possit etiã in alia corporis parte gestari.

4. Rogabis cuius magnitudinis esse debeat? Respondeo nullam esse determinatam magnitudinem decens tamen videtur, vt quodlibet Scapulare ad minimum latitudinis sit quatuor digitorum, & longitudinis digitorum sex, cæterum prout haberi poterit & deuotio vniuscuiusque tulerit, fiat.

5. Quid si amittatur vel frangatur, vel nimia vetustate obsolescat? Resp. posse aliud applicari toties quoties in dictis casibus.

6. An de nouo sit benedicendum quod postmodum assumitur? Resp. bonum & pium esse hoc fieri attamen in rigore non esse.



esse præstandum, cum primis vicibus benedictio & applicatio personæ fuerit concessa. quæ primario & principaliter attenditur.

7. Vtrum Parochi exterique aliorum ordinum Religiosi possint eiusmodi Scapulare distribuere? Respondeo nullo modo hoc fieri legitime nisi specialem à nostris superioribus commissionem ostenderit ideoque quam plurimos his temporibus hunc sacrum habitum conferre intelligimus absque legitima potestate, qui & seipso decipiunt, cum nullam potestatem, aut ordinariam aut delegatam ad hoc præstandum habeant: & homines in errorem & deceptionem inducant, quippe cū illis nihil profuit Scapulare, nec quippiam applicetur.

8. Quinam igitur possunt hoc sacrum Scapulare conferre? Respondeo primo quod Carmelitæ mitigati hoc possint prout hætenus con-

contulerunt. Deinde quod nos Di-  
 scalceati hoc idē prætare omni ex  
 parte possumus, qui veri quoque  
 & propriè dicti Carmelitæ sumus,  
 eumque titulum vsurpamus. Tum  
 quia summi Pontifices, eum cum  
 omnibus diplomatibus, priuilegijs,  
 indultis Carmelitarū Ordini quo-  
 uis tempore concessis, nouis etiam  
 superadditis nobis attribuunt, ex-  
 communicationis etiam fulmine  
 ferientes eos qui eum nobis dero-  
 gare attentant. Tum etiam quia  
 mitigatione Eugenij IV. relicta pri-  
 mæuam ordinis Regulam prout  
 ab Innocentio IV. modicè tempe-  
 rata, & ab eodem confirmata ( sub  
 qua tot Sanctorum myriades, &  
 præ reliquis sancti Angelus, Al-  
 bertus, atque ipse B. Simon Stock  
 Confraternitatis de qua agimus  
 primipilus, Andreas Episcopus Fe-  
 sulanus, Petrus Thomas Martyr, &  
 Patriarcha Constantinopolitanus,  
 & quotquot vsque ad annum 143<sup>o</sup>  
 fan-

Cle-  
 mens  
 VIII.  
 in bul-  
 la, cur  
 dudum  
 &c.  
 Idem  
 in alia  
 Roma-  
 num  
 Ponti-  
 ficem  
 &c..  
 Pau-  
 lus V.  
 in bul-  
 la, Ro-  
 manū  
 Ponti-  
 ficem  
 decet.

sanctitate & doctrina conspicui vi-  
 ri, & fæminæ florere, gloriosè mi-  
 litarunt ) amplectimur. Demum vt  
 omnis turbarum & charitatis fra-  
 ternæ violandæ materia tolleretur:  
 ipsa totius Ordinis capita Reuerẽ-  
 dissimus nimirum Pater Magister  
 Sebastia. Fantonus Generalis ordi-  
 nis Carmelitarum, admodum Re-  
 uerendus P. Fr. Ferdinandus à  
 S. Maria Præpositus Generalis  
 Carmelitarum Discalceatorum cõ-  
 gregationis S. Eliæ; ac admodum  
 R. P. F. Franciscus à sanctissimo Sa-  
 cramento Procurator Generalis  
 Congregationis Hispaniarum sub  
 vna B. Virginis tutela militantes  
 publico ad hoc facto instrumento  
 conuenerunt: vt vbi fratres Car-  
 melitani erectam iam habent Con-  
 fraternitatem possint Discalceati  
 sacrum Scapulare petentibus con-  
 cedere, sodalesque ita admittere, vt  
 eo ipso Confraternitati PP. Carme-  
 litarum adscripti censcantur & sint,

&c

& easdem indulgentias, priuilegia, facultates, aliaque spirituales gratias & indulta consequantur. Item quoad processiones tam præcipuam mensis Iulij ad sanctiss. Virginis commemorationem solemnem fieri solitam, quam alia quæ in aliqua Dominica singulorum mensium sunt, (quibus assistentibus Confratribus & Confororibus plenaria Indulgentia per sanctiss. D. N. Paulum Papam V. sub die 3. Augusti 1609. in perpetuum concessa est & postea ab eodem sub die 19. Iulij 1614. ad omnes in posterum erigendas in quavis parte mundi Confraternitates extensa,) ita pariter conuenerunt & pacti sunt, ut ubi Confraternitas in domibus Patrum Discalceatorum fuerit erecta, nolintque ipsi dictam processionem, seu processiones facere possint Patres Carmelitani eam vel eas celebrare, illique vel illis assi-

assistants Confratres lucentur in-  
 dulgentiam ac si in eorū domo esset  
 confraternitas erecta, & è conuerso  
 si in domibus Patrum Carmelitarū  
 fuerit erecta Confraternitas, no-  
 lintque ipsi præcessionem celebra-  
 re, possint Patres Discalceati eam  
 facere, Confratresque assistants  
 consequantur indulgentiam prædi-  
 ctam quia sic inter eos actum &c.  
 Quam conventionem & concor-  
 diam dicti Patres nominibus, qui-  
 bus supra, ac vice aliorum Patrum,  
 tam Carmelitanorum, quam Dis-  
 calceatorum respectiuè promise-  
 runt habere ratam &c. & contra nō  
 facere &c. sub quouis prætextu: i-  
 mo statuerunt, voluerunt, & man-  
 darunt omnibus Religiosis sibi re-  
 spectiuè subditis perpetuo custodi-  
 re, & obseruare. Quodque amplius,  
 Paulus V. hanc conventionem, &  
 concordiam confirmavit data ad  
 hoc bullæ Pontificiæ quæ incipit.  
*Ad ea quæ personarum quarumlibet.*  
 &c.

&c. vbi sic concludit, concordiam  
 predictam ac desuper confectam in-  
 strumentum & in eo contenta, qua-  
 cumq; Apostolica auctoritate tenore  
 presentium approbamus, & confirma-  
 mus, illisq; inuiolabilis Apostolica fir-  
 mitatis robur adijcimus, ac omnes, &  
 singulos, tam iuris quam facti defectus,  
 si qui desuper quomodolibet interuene-  
 rint supplemus. Decernentes presentes  
 literas, validas, firmas, & efficaces exi-  
 stere & fore, ac ordinis, & Congrega-  
 tionis predictarum fratres ad plenaria  
 illarum obseruationem teneri & obli-  
 gatos esse, nec ab illis vlllo vnquam tem-  
 pore quauis de causa resilire posse, irri-  
 tumq; & inane si secus super his à quo-  
 quam quauis auctoritate scienter vel  
 ignoranter contigerit attentari. Non  
 obstantibus predicta Clementis pre-  
 decessoris huiusmodi, alijsq; constitutio-  
 nibus & ordinationibus Apostolicis, nec  
 non ordinis & Congregationis predi-  
 ctarum & iam iuramento confirma-  
 tione Apostolica, vel quauis firmitate

N

alia

590      T H E S A V R V S

**E**liaroboratis statutis, & consuetudini-  
**L**us, ceterisq; contrarijs quibuscumque  
**D**atum Roma apud S. Mariam Maio-  
**r**em sub annulo Piscatoris die 24. A-  
**p**rilis 1617. Pontificatus nostri Anno  
**d**uodecimo.

---

*Recapitulatio brevis, siue summarium  
eorum omnium quæ supra di-  
cta sunt.*

**M**ellifluus Ecclesiæ Doctor  
S. Bernardus inter Arcana  
cætera, quæ tanquam nutritius à  
Virginis vberè defluxit: idcirco eā  
misericordiæ Reginam nuncupari  
affirmat, quod diuinæ pietatis abyssum,  
*Ser. 1. in Sal. Reg.* cui vult, quādo vult, & quomodo vult,  
creditur aperire. Et quamuis eam in  
quoduis hominū genus parata sit  
distribuere, illā tamen vel maximè  
diffundit in fideles suos famulos,  
quales sunt potissimum Religiosi,  
qui in promerenda tantæ celsitu-  
dinis gratiā, non modo sibi vigilāt,  
sed

sed alios spirituali quadam precū,  
bonorum operum ac meritorum v-  
mōne sociatos, ad ipsam misericor-  
diæ matrem promouent.

*Institutio.*

Quocirca factum est, vt sicut alijs  
ordinibus alia à Deo obtigerunt  
priuilegia, ita fratres Carmelitæ,  
ob eminentem erga Deiparam studiū  
digni reperti sint, qui tãto gaudeāt  
præsidio, ac nomine fratrum B. Vir-  
ginis de monte Carmelo. Vt nam-  
que loquitur Gregorius XIII. in  
bullâ, vt laudes; sacrū Carmeli ordinē  
virgo venustissima, & omnibus virtutū  
floribus insignita edidit, proprij q̄q; nomi-  
nis titulo insigniuit. Cuius muneris  
prærogatiua, vt ad cæteros quoque  
homines dimanaret S. Simō Stock  
Latinorum huius ordinis sextus Ge-  
neralis, sacrosanctum scapulare,  
non sine aperto diuini fauoris indi-  
cio, recepit. Cum enim diu supplex  
apud Deum contendisset, quatenus  
per signum aliquod FE. Carmelita-



nos in euidentem Virginis tutelam  
 assereret, nocte quadam vidit Dei  
 Matrem fulgore miro decoratam  
 ac sibi mysticum hoc Scapulare  
 porrigentem his verbis; *Dilectissime  
 fili hoc recipe tui ordinis Scapulare mea  
 Confraternitatis signum, tibi & cum-  
 ctis Carmelitis priuslegium in quo quis  
 moriens aeternum non patietur incen-  
 dium, ecce signum salutis, salus in peri-  
 culis, fœdus pacis, & pacti sempiterni.*  
 Quapropter non immeritò S. Lu-  
 douicus Galliarum IX. & S. Edu-  
 ardu I. Angliæ Reges, Angela  
 Raymundi Regis Bohemiæ filia, a-  
 lijque innumerabiles omni sancti-  
 moniæ, ac dignitate conspicui hoc  
 munus summo cum affectu susce-  
 perunt.

*Confirmatio.*

Quamuis hæc sancta fraternitas  
 primo per Innocentium IV. confir-  
 mata sit, ei nihilominus Ioannes  
 XXII. per Deiparam, commonitus  
 non exiguum robur addidit, anno  
 salutis

salutis 1321. qui bullâ quadam quæ incipit *sacratissimo vti culmine paradisi &c.* 3. die Martij Pontificatus sui Anno 6. Notum facit Dei Matrem sibi quondam apparuisse, ac certum contra hostes contulisse præsidium: prædixisse insuper illû ad Summi Pontificatus apicem promovendum, vt fraternitatem istam largo auctoritatis suæ beneficio communiret. Plures recensere Pontifices, quorum amplissima sunt in eam rem suffragia, huius pagine mediocritas non sustinet.

*Conditiones.*

Sciendum cum primis est neminem receptione huius virginei Scapularis ad aliquid faciendum vel sub veniali culpâ obstringi; qui tamen meritorum, indulgentiarum, ac priuilegiorum venerabilis huius fraternitatis socius esse desiderat, necesse est vt tres conditiones obseruet, primò vt sanctum hoc Scapulare recipiat à sacerdote cui ad

id munus in ordine fratrum Carmelitarum facta sit potestas, & illud supra se gestet. Secundo, vt castitatem pro suo statu colat. Tertio, vt officium paruum B. Virginis recitet singulis diebus: si verò quis illud nescierit, abstinere à carnibus Mercurij, & sabbati. Inuoluit autem consuetudo, vt à Confratribus qui prædictum B. Virginis officium recitare nesciunt, & insuper à carnibus abstinere non valent, quotidie septies Pater, & Aue recitentur: quod sane præterquam laudabile, non parum etiam est utile. Laudabile est; quia per hoc Confratres viua huius Confraternitatis membra sese profitentur, aliquid quotidie de suo toti massæ & corpori huic mystico addentes. Est etiam utile, nam ad plurimas indulgentias elucrandas conducit, vt patet ex bulla Pauli V. quæ incipit: *Omnibus vtriusq; sexus &c.*

*Merita.*

Nec ipsi tantum Carmelitæ, sed & exteri huius muneris Confratres, ac sorores, Scapulare portâtes, à Deo sub Virginis Matris protectionem specialissimè collocantur: quibus ipsa in cunctis necessitatibus leuamen, & vel maximè in mortis articulo contra dæmonum insultus præsens auxilium pollicetur, animã de corpore decedentem cum misericordia filio suo oblatura. Præterea, venerandum hoc Scapulare penes se habentes participant ex omnibus precibus, horis, sacrificijs, prædicationibus, sacramentorum administrationibus, vigilijs, abstinentijs, ieiunijs, eleemosynis, peregrinationib. disciplinis, mortificationibus, laboribus etiam ex obedientia præstitis, ac demum ex vniuersis bonis operibus Ordinis nostri.

*Bulla Sabbatina.*

• Ioannes XXII. palam fecit reuelationem sibi factam à Deipara, quæ suis apud filium precibus desideratum animabus Purgatorij priuilegium conquisiuit, ne scilicet cruciatibus ultra sabbatum detineantur: cuius amplam fidem facit his verbis: *istam ego indulgentiam accepto robore in terris confirmo sicut propter merita Virginis Christus concessit in Cælis.* Hanc comprobarunt Alexander V. Gregorius XIII. & XIV. Sixtus V. & Clemens VIII. Eidem subscripsit Clemens VII. In bulla cuius principium est: *dilecti filij.* data in Vrbe veteri die 15. Maij anno 1528. vbi hæc verba habentur; *die quo à saculo huiusmodi purgatoriū accesserint, ipsa Virgo gloriosa Dei genitrix Maria sabbato sequenti post illorum Confratrum seu Religiosorum ac sororum obitus visitando à pœnis purgatorij huiusmodi eorum animas liberabit,* Hanc Clementis VII. bullam de-

declararunt postmodum ipse idem  
 Clemens VII. & Greg. XIII. ita vt  
 Confratrum animas B. Virgo Ma-  
 ria infallibiliter potestate absoluta  
 visitando non sit liberatara, sed per  
 modum suffragij impetrans à Deo.  
 Opt. Max. suis precibus & meritis  
 vt ipsæ adiuuentur & ipsis suffragia  
 ad eorum liberationem communi-  
 centur. sic Rodericus qq Reg tom.  
 2. q. 97. 7. Nuperrimè verò hanc  
 eandē Bullā Paulus V. Bonæ mem.  
 Pontifex declarauit, & declaratum <sup>sicut</sup>  
 publicari permisit, eius verba sunt <sup>& præ</sup>  
 hæc: *Patrib. Carmelitanis permittam* <sup>allatā,</sup>  
*predicare quod populus Christianus pos-* <sup>Ioann.</sup>  
*sit piè credere, de adiutorio animiarum* <sup>XXII.</sup>  
*fratrum & Confratrum sodalitatē B.*  
*Virginis Maria de monte Carmelo,*  
*videlicet Beatissima Virgine animas*  
*fratrum, & Confratrum in charitate*  
*decedentium, qui in vita habitum ge-*  
*stauerint, & castitatem pro suo statu*  
*soluerint, officiumq; paruum recitauer-*  
*int, vel si recitare nescierint Ecclesia*

ieiunia obseruauerint, & feria quarta & sabbato, à carnibus abstinerint, nisi ubi in his diebus Natiuitatis Domini festum incidit, suis intercessionibus continuis, p̄s̄q; suffragiis, & meritis, ac speciali protectione, post earum transitum præcipuè in die sabbathi, qui dies ab Ecclesia eidem B. Virgini dicatus est, adiuturam. Annotandū qui hoc priuilegio bullæ sabbatinæ ducuntur: sabbato etiam à Christi Natiuitate vsque ad Deiparæ Purificationē carniū abstinentiam obseruare debere: proinde in citatâ bullâ ponitur, Confratribus ab esu carniū esse abstinentum sabbato: nam alias ex præcepto Ecclesiæ ad abstinentiā carniū sabbato obligatur fideles.

*Miracula.*

Referrī miracula ac stupendos omnes effectus huiusce sacri Scapularis, quib; plurimi cōstāt libelli, cōpendiū hoc nō patitur, quæ propter hic pauca recensebimus. quæ nostræ memoria contigerunt, & inter alia

numerantur à R. P. Alphonso de  
 ·Matre Dei , nec suprâ recensita re-  
 petemus in præsentî. 1. Puella Tole-  
 ti eo quod gloriosum hoc Scapulare  
 suscepisset, à Deipara visitari me-  
 ruit, & ab eadem sponsione adiuto-  
 rij præmissa, in cœlum postridie e-  
 uectâ est. 2. Vir, cuius gulam dæmō  
 stringeret, tâdiu visibili virginis o-  
 pe, cuius Scapulare gestabat, muni-  
 tus fuit: donec extremo securus via-  
 tico, de vita migraret: 3. Segouie  
 mulier de fenestra profiliens, à Ge-  
 nitricè Maria illæsa sustinetur. 4. I-  
 bidem fœmina abortum nociuum,  
 per euidentem Virginis pietatem,  
 non sensit. 5. Alia per multos dies  
 parturiens confestim de labore su-  
 bleuatur, eo quod votum suscipi-  
 endi Scapularis concepisset. 6. Pro-  
 pe escuriale ex lapsu demor-  
 tua mulier, solo venerandi Sca-  
 pularis tactu, vitæ restituitur.  
 7. Alteri suspendium tentatum



per Virginem impeditur 8. Querē-  
næ auditi sunt dæmones planctum  
facere super iactura quæ ijs obtin-  
git ex sacro Scapulari. 9. Nobilis  
per hoc aqua intercute liberatur.  
10. Alium murus in caput decidens  
nihil læsit. 11. Plurimi tam sæculares  
quam Ecclesiastici benedictum ge-  
stantes Scapulare ab omni dæmonis  
tentatione exempti sunt. 12. Rei  
fauces præcludi non potuerunt  
quamdiu penes se haberet sacratum  
hoc Scapulare. 13. Alium Scapulare  
abijcientem lepra interceptit. 14. Pa-  
rentes Beatissimæ Virgini de mōte  
Carmelo supplices, puerum post  
nouendum in aquæ puteo saluum  
repererunt. 15. Ipsa Angelorum Re-  
gina plurimis per diuum hoc Sca-  
pulare ad apertam Coeli arcem de-  
signauit. Alia miracula quæ in ipso  
Belgionuperrimè euenerunt lu-  
cem quamprimum con-  
spicient.

## CONCLUSIO LIBELLI.

**L**icet pauca eaque impolito rudioreque stylo haecenus attulerimus in hoc libello: nihilominus opulenter satis ex dictis colligere poterunt Confratres nostri quanta sit sacri habitus B. Virginis de Monte Carmelo excellentia. Primo etenim si originem spectemus in eo potissimum consistit, quod non è terra sed à Cœlo, non item hominum Angelorumue munificentia, sed purissimis iisdemque sacratissimis Virginis Deiparæ manibus nobis est liberaliter impertitum: quæ quidem prærogatiua nihil habet prorsus ab historiarum fide alienum: cum simili fermè & S. Idelphonsus Toletanus Archiep. & S. Norbertus ordinis Præmonstratensis Patriarcha, & S. Romanus Decanus antea, mox Dominicanus, & alij cõplures simili inquã

prærogatiua insigniti memorentur. Si bona & cōmoda huius sacri habitus attendamus, præcipua est sane & palmaris hæc prærogatiua: non enim solum B. Virginis dono, verū etiam singularissimis priuilegijs augetur & cumulatur. Imprimis est illud priuilegiū, quod *in sacro Scapulari moriens æternum non patietur incendium*; quod à Deo impetrauit Deipara, & S. Simoni Anglico immediatè per seipsam concessit: eò certè excellentius quò immediatius videtur ab ipso fonte gratiæ & plenitudinis scaturire. Nec mirum; **N** enim Virgo Sanctissima Christi saluatoris adiutrix (vt loquuntur sancti Patres) & in humanæ redemptionis mysterio cooperatrix, pro materno iure suo filium vni- genitum ita possit orare, vt exoret, ita petere, vt impetret & quasi imperet; quid ni præstantissimum illud ab ipso obtinuerit beneficium? 2. est bulla sabbathina, ita vt post  
mor-

mortem, si forte superest aliquam peccatorum macula, aut reatus expiatorijs flammis eluendus (*nihil enim coinquinatum intrabit in Regnum Cælorum*) effectura sit eadem mater amantissima suis precibus & suffragijs, vt sabbato proximè diem obitus consequente, aut iuxta diuinum beneplacitum, à purgatorio liberatæ animæ, in lucidissimas æternitatis sedes afferantur. 3. Sunt indulgentiæ, quæ quantæ sint, ex supradictis constat. 4. Est bonorum operum communicatio, quod quantum sit bonum, supra diximus. 5. Sunt alia plurima indulta Pontificia quæ hic describenda non duximus, sed ore tenus Confratribus nostris explicanda.

Vnde, cum huius sacri Scapularis tanta sit excellentia, caueant Confratres tantæ matris, non ita vt par est, fructum agnoscere; *qui enim despicit partem matris suæ Prover-*  
*sus 307*

*Affodiēt eum corui.* Nec tantum Cōfratribus, sed ab omnibus hominib. tantum munus suspici deberet.

In quo quidem sicut & in cæteris extrema duo sibi inuicem opposita sed æquè periculosa vitari oportet: nā ex ijs qui de pietatis exercitijs sentiunt, alij humanæ rationi supra modum addicti plus sapere volētes quam sobriè requirat iusta mediocritas, ita Rosario, cingulo S. Monicæ, Scapulari, funiculo D. Francisci cæterisque in Ecclesiâ antiquissimis vtilissimisque rebus fidem derogant, vt in *axutla*, quandam prolapsi iberas nugas & solum deuoto fœmineo sexui idoneas reputent: Cum ab omni tamē suo maximâ sanctitate & doctrina viri, ea simplicitatis & virtutis exercitia mirum in modum coluerint. In diuersum abeunt qui zelum Dei habentes *sed non secundum scientiam*, nimiam superstitione ita eiusmodi peculiaribus exercitijs abutuntur,

tuntur, vt cæteris ad salutem necessarijs medijs quasi post habitis; satis se beatos existiment si eorum alicui exercitio tenaciter adherescant. Quos è duobus laudemus, haud scimus, neutrum sanè probauerimus, quia vtrumque videmus in Christianâ Religione periculosissimum, hinc nimiâ, hinc nulla religione irrepente.

*Dextrum scylla latum, laeuum implicata charybdis obsidet.*

Virg.  
Eneid.  
3.

Ijs certè qui per contemptum vel Seapulari reliquisque non modo non vtuntur verum etiam iustorum simplicitatem rebus illis piè vt decet vtentium irrident, dixerimus Verbis paululum immutatis, quod olim Philo Iudæorum disertissimus, *Malo guttam simplicis ac vera pietatis, quam secularis & incredula sapientia vas plenissimum; & hos quoque Deus aliquando irridebit:* ijs autem qui rebus deuotissimis nimia fiduciâ, aut superstitione abu-

S. Gre.  
Ma-  
gnus  
lib. 2.  
Dialo.  
c. 14.

abutuntur, sibi que certissimos cœli fauores pollicentur; ex eo quod præcisè sacrum Scapulare gestaerint, sine exactissima diuinorum præceptorum obseruantia, immo etiam speciali cultu pietatis, ad quæ videntur ijs exercitijs inuitari: his inquam in extremo mortis agone, non abs re dictura est B. Virgo, quod B. olim Benedictus Satrapæ cuidam, & aulico Totilæ Gotthorum Regis, pomposo cultu & stipatu Regiâ Maiestatem fingenti, sapientissimè obiecit; *depone fili, depone, quod enim geris, tuum non est.* Nam quid frustra Religionem vultu personato ementimur? nostrum nullum est Scapulare, nullus habitus, nullum in mortis articulo Virginis auxilium patrociniumue, si per voluntatem rebellem à Deo & Deiparâ nos auertamus, & obstinato animo in peccatis permanere eligamus. Esse tamen maximum & ingens priuilegium, & summè ab-

omnibus colendum nemo, eo, quo  
 supradictum est sensu, audebit infi-  
 ciari. Ex quo patet catholica cōclu-  
 sione, quâ ratione fiat, vt æternum  
 non patiantur incendium, quot-  
 quot beatæ Virginis Carmelita-  
 rum Patronæ cultui sese specialiter  
 manciparint, & huius seruitutis in-  
 ducium seu tesseram, Virgineum  
 Scapulare gestauerint; si nimirum  
 hæc gestatio Scapularis cum alijs  
 medijs ad salutem ex se necessarijs  
 coniuncta sit. Quæ media pia mater  
 in virtutem nitæ per habitum Cō-  
 fraternitatis abundantius submini-  
 strabit, cum toto vitæ curriculo,  
 præsertim in vltimo mortis arti-  
 culo; si eam Christi, & Christiparæ  
 munificentiam homo non  
 aspernetur.





*Ad sacrum de monte Carmelo Ordinē  
per Apostrophē peroratio, desumpta ex  
tractatu doctissimi viri Ioannis de Car-  
thagena ordinis Minorum de Obseruā-  
tiā, quem de eiusdem Ordinis anti-  
quitate nuper conscripsit.*

**A**D extremum, vt iam dicendi  
vela contraham, ad te mons  
Carmele, qui cognomen Dei pa-  
renti dedisti, ac tot innumerabiles  
Martyres, Confessores, ac Virgines  
peperisti, sermonem conuerto : ô  
mons Carmele monasticæ discipli-  
næ exordium, perfectionis Magi-  
sterium, ac omnis virtutis fulgen-  
tissimum speculum, ô mons Car-  
mele, magni Patris Eliæ domiciliū,  
vbi austeritatis, & pœnitentiæ, ac  
cælestium arcanorum contempla-  
tioni assiduè deditus, cænobitico  
statui primordia dedit; ô celebris  
mons Carmele, in quo in nouissi-  
mo tempore Ioannis Baptistæ vox  
illa clamantis in deserto prodijt:

*Pœni-*

*Pœnitentiã agite, appropinquavit Regnum Cœlorum, ex tunc enim armorum spiritualium fragor insonuit: ex tunc instrumenta bellica religiosæ militiæ ad victoriam de hostibus comparandam perstreperere cœperunt, ex tunc fortes in bello facti sunt ad expugnandum, non terram promissionis, sed cœlestem patriã, Christo Domino dicente: A diebus Ioan. Baptista. Regnum Cœlorum vobis patitur, & violenti rapiunt illud. O mons Carmele, vel eo solum nomine singulari veneratione dignum, quod sacello Deiparæ Virgini dicato, sacer factus sis, & Marianis favoribus locupletatus.*

O tandem sacra Carmelitana familia. Tu mihi videris alter mons Carmelus, celsitudine sanctitatis, & decore virtutum ei persimilis: si in illo auri, & argenti spiritualia mineralia delitescabant, hæc in te non desiderantur, cum cœlestibus diuinorum charismatum diuitijs.

Apostolicis priuilegijs, ac plenissimis indulgentijs affluas, quos Carmelitano habitu induti, vel basilicas eorum visitantes, vel certè fratres eius protegentes, aut fauore quouis iuuantes, quotidie lucrantur: quod si mons ille Carmelus arborū amœnitate, ac herbarum suauolentia, degentium in eo animos oblectabat: sane Carmelitarum ordo viridiarium est amœnissimum, ager fœcundissimus, cum tot sanctitate, & doctrina conspicuos viros, velut fructiferas arbores, ac tot fœminas, mira virginitatis suauolentia fragrâtes germinarit: quare cum hi omnes Carmelitanæ religionis alumni, Deiparæ Virgini, speciali ratione, se deuouerint, ac eius obsequio, & famulatu perpetuo se sacrauerint, rectè in hanc sacram religionem conueniunt verba illa: *Gloria Lybani data est ei, decus Carmeli, & Saron: cum reuera ipsa Virgo præcipuus sit Carmelitanæ familie*

CARMELITARVM. 3M

familiæ splendor, honor, & pulchritudo. Vnde merito vobis intonare licebit illud, quod olim ad Iudith, Virginem adumbrantem, dictum fuit; *Tu gloria Hierusalem, tu latitia Israel, tu honorificentia populi nostri.* Licebit & dicere te, Mariam Matrē, & nutricem diuinitus datam, habere gloriamur: maternam tuam pietatem in filios exerce, ad te confugimus, auxilium tuū imploramus, vt sicut regia munificentia, singulari filiationis tuæ gratia, in terra nos exornasti, ita eiusdem filiationis hæreditate in Cælo gaudere facias, quam nobis largiri dignetur, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

(?)

*Ad maiorem Dei & Deipara Virg.  
gloriam.*

SEQVUNTUR.





SEQUUNTUR

**EXERCITIA**  
**PROPRIA CONFRATrum** Beatissimæ Virginis  
 de monte Carmelo.

CAPVT I.

**H**ACTENVS privilegia & fauores, quos beatissima Virgo Maria Confratribus sacri Scapularis, tum per se immediate, tum per summos Pontifices contulit, recensuimus. Similiter obligationes & onera ex confratrum parte requisita explicauimus:

mus: quæ obseruando & implendo prædictorum priuilegiorum & fauorum redduntur participes.

Quoniam verò præfati Confratres specialissimè beatissimæ Virgini velut filij charissimi, & intimi, vt supra ostendimus dedicantur: Ideo breuissimum eumque efficacissimum viuendi modum ijs perstringere, operæ pretium duximus; quo specialem aliquem cultum reciproco affectu tantæ Virgini rependant, sibi que ipsis in futurum prouideant.

Non equidem nos latet, plurimos singulari quodam erga Deiparam Virgine affectu, ferri, illiusque cultum magni momenti esse sibi persuasum habere: sed paucissimi sunt, qui hanc deuotionem, vt par est, efficacibus exercitijs in opus conferant. Quidam enim in pia quadam ad B. Virginem Mariam affectione, & orationum quarundam ad eius patrocinium impetrandum recitatione

CARMELITARVM. 315  
citate subsistunt, idque magis ex  
consuetudine, quam vera deuotio-  
ne, nec vltra progrediuntur: quod  
licet pium sit; vtilitatis tamen parū  
habet. Vt ergo Confratres nostri  
probatissimi Virginis filij solidiori  
eoque vtiliori deuotionis pane re-  
ficiantur: quod modo breuissime  
sumus perscripturi, diligenter at-  
tendant, & medullitus sibi impri-  
mant.

---

C A P. II.

*In quo consistant exercitia Con-  
fratrum.*

**B**ina adferemus exercitia, qui-  
bus mirum in modum bea-  
tissimam Virginem sibi deuincient  
Confratres nostri.

Verissimus igitur, & primus Vir-  
ginis cultus, in quo specialissi-  
mè sunt exercendi, est eiusdem vir-  
ginis imitatio: quidquid enim eius



cultor præstiterit, si moribus ab ea dissentiet, nihil profecto præstabit.

Secundus Virginis cultus, est quotidiana quædam omnium operum & actionum ad eandem Virginem directio, prout infra apparebit.

In primis itaque matrem suam celestem æmulari, eamque prout in hoc vitæ decursu se gessit, imitari, confratribus summopere est enitendum. Cum verò ratione Scapularis, illius filij speciales sint effecti: quid Matri gratius accidere potest, quam eius vestigijs inhærere? Audite sanctum Bonaventuram, Matrem Dei, seruus Dei, tanquam bonus & devotus filius in omnibus pro posse studeat imitari: hoc semper habeat pro regula generali, ut Virginis Mariae semper vestigia simpliciter imitetur, cuius appetit suffragia postulare: & certo sciat, si modo imitetur, & honorem tanquam matri veraciter exhibeat, eum tanquam suum filium

In stim  
dam.  
s. 7.

*filium veraciter adiuturam, & que dignè ab ea petierit, illi daturum, & in omnibus necessarijs ad salutem simpliciter administraturam, & tandem in caelesti gloria illum apud se feliciter collocaturam.* Haëtenus S. Bonaventura: ex quibus colligitur, nullum pietatis officium, aut deuotionis cultum, quo Virginis beneuolentiam promereri possimus, comperiri: quàm si in eius imitatione virtutumque illius æmulatione sistamus. Huc ergo internas animi vires cogant confratres, huic namque Virgini adhærere bonum est, quã filij Sion inclyti, & amicti auro primo æmulatione multa sine fine requirunt.

Modum itaque, quo hæc sunt: præstituri, annotabimus. capitulis sequentibus.

## C A P V T III.

*De exercitio virtutis fidei ad exemplum B. Virginis.*

**F**ides est donum intellectus quo illustratus homo, firmiter assentitur omnibus, quæ Deus reuelavit, siue scripta illa sint, siue non sint.

Beatissima Virgo magnopere in hac excelluit virtute, ac proinde magnum Confratribus suæ imitationis reliquit exemplum.

1. Credidit Trinitatis indiuiduæ mysterium altissimum ex Angelî Gabrielis verbis, qui & personam Patris à quo missus, & filij incarnationem, ac Spiritus sancti obumbrationem expressit; quod tamen mundo nondum passim reuelatum erat.

2. Credidit altissimum Incarnationis mysterium, ecce, ait, *ancilla Domini*, fiat mihi secundum verbum tuum. Vnde Augustinus sanctus

ctus

*Secus; Beatior fuit Maria percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi.* *Lib. de vir. s. 3*

3. Credidit verbi incarnandi divinitatem, fecit, inquit, illa, mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Vnde Rupertus, nec enim, ait, quod carne concepit, mente ignorare potuit. *in Isa. 6. 340*

4. Quale fidei argumentum, tempore vnigeniti sui passionis præstitit? titubarunt tunc in fide Apostoli, at illa stans iuxta crucem, uti perfectissima erat in fide, ita constantissima perstitit in eius confessione.

Discant hinc Confratres nostri Catholicam fidem, Apostolicam, & Romanam, & ut ita dicam, Marianam mordicus retinere: licet fremant hæretici, pullulent sectæ, & venena ex barathro infernali euomant Lutherus & Calvinus, persistent Confratres iuxta crucem cum Maria in confessione fidei.

Discant ab hac matre, altissimo

mysteria, omnem ingenij captum excedentia credere, & non proprio iudicio ad suum sensum pertrahere, inde namque omnis pullulauit hæresis, quod & ipsemet fatetur Lutherus: omnino, ait, melius esset, retinere illam hæctenus receptam & usitatam versionem bibliorum, quam tot nouas versiones cumulari, quibus nihil proficitur, nisi quod dissimilitudo & discrepantia lectionum turbat, & studium remoratur, ac in multis locis incertiores, quam fuerit, dimittit. Sic ille.

## EXEMPLVM.

Sancta Mater nostra Tereſia à Iesu fundatrix Ordinis nostri ab initio conuersionis suæ totam se B. Virginis Mariæ cultui dedicarat & vnicè virtutem illius exempla sibi proposuerat imitanda. Proinde non immerito factum est vt in fide altissimum certitudinis gradum à Deo imprimis acciperet; quanto  
nam-

namque mysteria erant obscuriora & celsiora, tanto magis se in fide confirmari ac stabiliri, sibiq; acrioris exhiberi deuotionis ansam affirmabat, inquiring, in profundioribus mysterijs, maiorem Dei omnipotentiam, & sapientiam demonstrari.

Desiderabat subire martyrium pro fidei defensione, inquiring, se non solum, pro sacræ Scripturæ ac fidei veritate; sed pro minima eius Ecclesiæ cerimonia libenter millies mortem subituram.

Adeo infallibiliter res fidei credebat, vt nec primos tétationis motus aduersus eam vnquam persenserit, à qua fidei firmitate magna semper & ardua aggrediebatur, sciens quod Deus nunquam seruas suas eius verbis confidentes, desereret.

Mediante dono intellectus sublimissima fidei nostræ mysteria cælesti luce penetrabat & cognoscebat, præsertim verò sanctissimæ

Trinitatis mysterium, de quo evidentiam illam habuit, quam Theologi vocant, *in attestante.*

Ardentissimè fidei Catholicæ propagationem desiderabat, nec aliquid magis deplorabat, quam sui temporis grassantes hæreses. Hinc assiduè pro sanctæ Ecclesiæ exaltatione Deum precabatur, rogans pariter pro ijs qui prædicationi Euangelicæ diligentem operam nauarēt, nam præcipuus scopus eius in noua Ordinis sui reformatione is fuit, vt ex oratione perenni & omnibus alijs exercitijs in conuertendis hæreticis, ac infidelibus opem ferret.

Morti proxima continuas & incessabiles Deo gratias agebat quod illam suæ Ecclesiæ filiam constituisset, repetēs identidem verba hæc cū ingenti spiritu, *Demū mi Domine Ecclesiæ filia sum.*

Cohortabatur suas Virgines ad perpetuam, & inuiolabilem reuerentiā, summo Pontifici, & Ecclesiæ Præla-

CARMELITARVM. 527.

Prælati debitam, nauans operam diligētissimā, vt ipsos ritus, & ceremonias fidei nostræ exactè obseruaret? Ponebat etiā studiū vt doctrinam christianā addiscerent, & bene perciperent, cuius rationem ab illis serio exposcebat. Ægrè admodum ferebat si aliqua monialium, abstrusa fidei mysteria curiosius expiscaretur. Quocirca cum Toleti quædā puella, ab ipsa Religionis habitum efflagitaret & consensu obtento diceret se habere penes se biblia, quæ Monasterio pariter illatura esset, respondit sancta Virgo sat lepidè: filia mea, caue biblia huc attuleris, imò vnà cum illis foris remaneas; quippe mulieres sumus, quæ præter fufum & filum aliud non nouimus.

O R A T I O.

O fidelissima mater virgo MARIA, pulsant hæreses, insultant



tant hæretici, & insaniunt contra sanctissimam Ecclesiæ catholicæ fidem: Oro te Mater; ne permittas, vt vniquam aures impijs his fremitibus patefaciam; sed velut fidelis seruus, in fide Apostolicâ & Romana perseuerem. Amen.

---

## CAPVT IV.

*De Virtutis spei exercitio ad normam B. Virginis.*

**S**pes est virtus, quâ voluntas auxilio diuino freta, ad Deum acquirendum assurgit. Per hanc virtutem mirificè in altum assurrexit Deipara, ac in Deum suum gradum fecit.

1. Beatitudinem & voluptatem interminabilem præstâtissimo spei actu prætolabatur, vt ex illo patet: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

2. Ob eiusmodi spem, labores omnes & difficultates superabat, ardua

3. Media ad fœlicitatem beatificam adipiscendam forti animo sperabat, vnde dicebat: *& misericordia: etus à progenie in progenies timentibus eunt.*

4. In difficillimis huius vitæ miseris anxietatibus & aduersitatibus, ob beatitudinis amorem immota perstitit, quod est effectus spei.

5. Clarissimè illuxit nobilissimæ Beatissimæ Virginis fiducia cum in Cana Galileæ, Christus Dominus ei diceret, *quid tibi & mihi est mulier,* loquens nimirum de diuinitate sua, secundum quam mater non erat, attamen nequaquam animo despondit, sed *seruis innuens, vt hydrias aquâ replerent,* voti facta est compos.

1. Hæc peramanter sibi imprimant Confratres; fœlicitatem æternam ingenti animo & spe præstolari, per hoc ad bona opera exequenda sese excitantes.

2. In aduerfitatibus, & ærumnis, vbi plerumque nulla videtur emergendi spes, è contra sperent: sperauit enim Abraham in spem diuinã contra spem humanam, & reputatum est ei ad iustitiam.

3. In desolationibus internis, & animi ariditatibus ne utiquam spem abijciant, & si consistant aduersum eos castra, non timeant, imo si aduersum eos Dæmonum; mundi, & carnis exurgat prælium, in hoc sperent.

#### EXEMPLVM.

Tametsi in gradu eminentissimo virtutes omnes habuerit præfata Virgo TERESIA; attamen mirum in modum virtute spei, quæ magnanimitati adiuncta erat, dotata fuit. Quot quæso angustiarum, quot contradictiones, quot labores, quot negotiorum circa reformationem, difficultates asperrimæ occurrerunt? & tamen spe firmâ velut anchorâ procellas intumentes pacato animo super-

pera-

perabat: ita vt quadam die cum gra-  
uissimi viri nunciarent reformatio-  
nem corruisse, ipsamque ab omni-  
bus dici inquietam Religiosam, illa  
subridens, adeo pacato animo  
substitit, vt ne minimus quidem  
motus fuerit turbulentus in ea no-  
tatus. Vnde in sua vita ait: *Hactenus  
videbar aliorum operâ indigere, &  
plurimum in auxilia mundi spera-  
bam, sed modo omnia esse instar tenuiũ  
ramorum rosmarini intelligo, quibus  
si innitaris, securus non es: ideoq; si af-  
flictiones, murmurationes, contradi-  
ctiones ingruant, è vestigio deficit mũ-  
dus, cui innitebaris, nec te sustentare  
in hoc valet; & sic compertum habeo  
presentissimum ad minimè cadendum  
remedium esse, si cruci, & ei qui in cru-  
ce pependit, innitaris: quippe amicum  
hunc semper reperio, & cum hoc velut  
cum dominio quodam me inuenio, ita  
vt toti mundo videar posse resistere in-  
me insurgenti, modo ipse Deus mihi  
non desit.*

Nec mirū, quia hac virtute spei opus illud adeo mirabile, quale fuit: tum virorum, tum virginum reformatio; exercuit; quod profecto, sub auspicijs beatissimæ Virginis Mariæ præstitit: quippe cum in principio reformationis quadam die intētius orationis altissimæ, quā abunde prædita fuit, sese dedisset exercitio; & inter orandum eidem Deiparæ prægrandes molestias & difficultates circa reformationem obijceret, affuit ei extemplo sanctissima Virgo, & cum torque aureo pretiosissimo circumcingens, hortabatur, ne formidaret, opus arduū aggrederetur; fore vt exantlaret omnia; à quo tempore tanta spei firmitate se roboratam persensit, vt tunc vel maximè soleret sperare, cum homines desperarent: vnde iure merito mulieris fortis, iam pridem à Salomone requisitæ dicendo, mulierem fortē quis inueniet? nomen & honorem fuit sortita.

Plures & stupendos huius nostræ sanctæ Matris Teresiæ spei actus, cæterarumque virtutum colliget, qui perleget eius libros, quos spiritu S. afflata conscripsit, qui modò Latino idiomate venales habentur.

## ORATIO.

O spes nostra Maria, salve; scio quod ait Ecclesiasticus, foelix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe suâ; Rogo te Domina mea, fac vt in his miserijs, spe supra me erectus, valeam fortiter omnia exantlare: Sustine igitur me, ne cadam animo, serua ne corruam, sustenta ne deficiam, & sic in Domino sperans non infirmabor, sed mutabo fortitudinem, assumam penas, vt Aquila volabo & non deficiam.

Amen.

## C A P V T V.

*De exercitio charitatis ad normam  
B. Virginie.*

**C**haritas est virtus, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter illū; & proximus propter Deum: vnde, S. August. inquit, *charitas, est motus animi ad fruendum Deo propter seipsum: atque proximo propter Deum.*

Hæc virtus plenissimè in B. virgine extitit: quippe cum gratiæ plenitudinem Angelo testante habuerit; consequenter charitatis donum: in eminentissimo gradu fuit assequuta; iuxta etenim gratiæ mensuram, charitatis donum infunditur.

Quòd si primum charitatis gradum, videlicet Dei dilectionem attendamus, ô quantis animi viribus in Deum per hanc dilectionem effe-

*ferebatur? Magnificat, ait, anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo: quid est illa magnificatio, quid ille iubilus, nisi Mariæ amor & in Deum affectus? Magnificavit, inquit Bonaventura, Virgo Deum decentissime & in Deo firmissime exultavit, quia Deum excellentissime amavit.*

Secundo quot, & quanta pro Dei honore perpessa fuit hæc Virgo? quod profecto evidens amoris diuini argumentum fuit; nunquam enim amor Dei otiosus est: operatur enim magna, si est, si autem operari renuit, amor non est: & ideo bene S. Sophronius, mentionem de sacratissima Virgine faciens, dixit: *Vnde, ait, constat quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit, in tantum ut animam eius totam pertransfret, & possideret vis doloris, ad testimonium eximia dilectionis.*

Tertiò, quantis amoris affectibus,



Oibus, vnigenitum suū Iesum fuit  
 profecuta, dum eum toties in vlnis  
 gestaret, tot amplexibus stringeret,  
 tot osculis suauissimis, genas illius  
 premeret? toties cor eius vulnera-  
 ret in vno oculorum suorum. Vnde  
 S. Bernard. sagitta erat amor Chri-  
 sti in corde beatissimæ Virginis,  
 quæ non modo cor eius confixerat,  
 sed vndique transfuerberauerat, sic  
 vt in toto illo virgineo pectore ni-  
 hil ab amore diuino vacuum remā-  
 serit.

Iam verò si de Proximi dile-  
 ctione loquamur, ô quantum in hac  
 præualuit sanctissima Virgo! cum e-  
 nim veri in proximum amoris mo-  
 tiuum & principium sit Deus, ne-  
 cesse est nobilissimum fuisse Virgi-  
 nis in eximium affectum, cum Dei  
 amor in illa foret nobilissimus.

Primo, Amor proximi charitatis  
 officia non negligit, sed vnice ex-  
 ercet: Maria vix ab Angelo salu-  
 tata, ad cognatam Elisabeth per-  
 git,

CARMELITARVM. 33

git, charitatis officia exhibitura.

Secundo, amor Proximi compatitur & indigentibus subuenit; Maria in nuptijs in Cana Galileæ celebratis sponſis compatitur ob vini indigentiam, dum ait vnigenito ſuo, *vinum non habent.*

3. Amor proximi ſibi non parcit, nec quaerit quæ ſua ſunt; vt alteri prodeſſe poſſit: Maria per Montana, Iudeæ, ſibi nec itineri longiſſimo parcit, vt alteri proſit. *Quid e- In ſpa-  
nim, ait Bonauentura, eam ad officiũ 6. virg  
charitatis feſtinare cogebat, niſi chari- c. 6.  
tas, qua in corde eius feruebat.*

Amor proximi etiam cum proprij honoris iactura ſubit incommoda, vt proximo ſit bonus odor, Maria cum legi Moſaicæ de Purificatione, obtemperare non teneretur, ac parum honorificum ei eſſet, cæterarum mulierum inſtar cenſeri, immundam & peccatricem, tamen ne cuiquam foret offendiculo, imò potius bono exemplo, pro incredi-  
**bili**

Cælis, vnigenitum suū Iesum fuit  
 profecuta, dum eum toties in vlnis  
 gestaret, tot amplexibus stringeret,  
 tot osculis suauissimis, genas illius  
 premeret? toties cor eius vulnera-  
 ret in vno oculorum suorum. Vnde  
 S. Bernard. sagitta erat amor Chri-  
 sti in corde beatissimæ Virginis,  
 quæ non modo cor eius confixerat,  
 sed vndique transuerberauerat, sic  
 vt in toto illo virgineo pectore ni-  
 hil ab amore diuino vacuum remā-  
 serit.

Iam verū de Proximi dile-  
 ctione loquar. Quæ quantum in hac

CARMELITARVM. 333

git, charitatis officia exhibitura.

Secundo, amor Proximi compatitur & indigentibus subuenit; Maria in nuptijs in Cana Galilee celebratis sponſus compatitur ob vini indigentiam, dum ait vnigenito suo, *vinum non habent.*

3. Amor proximi sibi non parcat, nec querit quæ sua sunt; vt alteri prodesse possit: Maria per Montana, Iudeæ, sibi nec itineri longissimo parcat, vt alteri proſit. Quid e-  
*la 98*  
*nim, ait Bonauentura, eam ad officium 6. vix*  
*festinare cogebat, nisi chari-*  
*corde eius feruebat.*  
*proximi enim*

bilisua charitate, honori, iuri & priuilegio omni suo celsit purificationis ritum non omitendo. Amor proximi egenis & indigentibus liberalioris animi affectu succurrit ex proprijs. Sanctissima Virgo illustre hoc reliquit exemplum; nam vt refert Nicephorus Callistus, in mortis agone ipsa reliquit, & distribuendam mandauit vestē quandam vilem, quā utebatur, pauperibus quibusdam fæminis in viciniâ degentibus: imò & Patribus nostris Carmelitis qui tunc in monte Carmeli morabantur, propriam suam domunculam, quam iure hæreditario à Matre sua sancta Anna habuerat, donauit, vt illa Patrum nostrorum foret receptaculum, qui à Carmelo subinde Ierosolymam pergebant, charitatis officia populo exhibituri.

lib. 2. c.  
21.

Ioann.  
Gnos.  
in suo  
Vir.  
Doct.  
de Co-  
rial. 1.  
c. 26. 2.  
83.

Amor proximi consolatur, suauiter excipit, confortat, animat, consolidat. Beatissima Virgo plurimis

rimis hoc exhibuit : inter quos fuit <sup>de D.</sup>  
 S. Dionys Arcopag. quem è Græ<sup>n. s. 30</sup>  
 cia in Iudæam profectum consola-  
 ta est Virgo, animavit, & in religio-  
 ne Christianâ confortavit.

Immo hoc absentibus per literas  
 omni spiritali gaudio & consola-  
 tione superaffluentes præstitit,  
 prout fecit scribendo ad S. Igna-  
 tium Martyrem : habet & in Sicilia  
 Vrbs Messanensis vnam, quam ve-  
 lut sacras quasdam reliquias, ve-  
 neratur: quin & Florentia vnam, te-  
 ste S. Hieronymo de Ferraria, in  
 qua hæc verba : Florentia dilecta à  
 Domino Deo nostro, & dilecto fi-  
 lio meo Iesu Christo, & etiam mihi  
 persevera in fide, quam suscepisti,  
 ora constanter, virtutibus sedulo &  
 indefessè operam dato, atque ita  
 salutis, & æternæ gloriæ particeps  
 fies. Vale. Hæc Sanctissima Vir-  
 go.

Ex his breuiter dictis (nã proli-  
 kum nimis foret omnia chari-  
 tatis

tatis officia beatissimæ Virginis recensere, imò quis ea recenseret?) addiscant. Confratres nostri piam matrem imitari.

Primò. Deum Opt. Max. totis animæ viribus diligant: creaturarum inordinatos procul abijciant affectus: minus enim Deum amat, qui aliquid amat, quod propter Deum non amat, ut ait sanctus Augustinus.

2. Proximum diligant, sicut seipsos, nec rancorem, vel odium, vel invidiæ fomenta enutrient.

3. Proximi amoré salutationibus pijs, prout Elisabethæ præstitit virgo, & alijs charitatiuis locutionibus foveant, *va enim ijs*, ait sanctus Bonaventura, *qui propter odium salutationem proximo negant.*

*in Sp.  
v. c. 4.*

4. Ad misericordiæ opera tam corporalia, quam spiritualia prompti sint, & alacres, *va enim*, ut idem sanctus ait, *tardis ad opera charitatis.* Ideoque esurientes lubenter pascât,

sti-

sitientibus dent potum, nudos coo-  
 periant, captiuos & incarceratos  
 redimant, infirmos visitent, pere-  
 grinos hospitio suscipiant, mortuos  
 sepeliant, vel sepeliri satagant: pec-  
 cantes corrigant, nam quibusdam <sup>Bon. in</sup>  
 sanctis fuit reuelatum hoc præser- <sup>vita</sup>  
 tim charitatis officium præstitisse <sup>Christi</sup>  
 c. 4.

**B.** Virginem dum in templo mora-  
 retur, sodales suas de defectibus &  
 peccatis commonendo, & verbis ca-  
 stigando. Præterea ignorantes do-  
 ceant, dubitantibus rectè consu-  
 lant, pro fidelibus defunctis in pur-  
 gatorio exsistentibus Deum enixè  
 rogent, in hoc namque maximus est  
 charitatis & compassionis actus:  
 sacra pro eorum salute, vel officia  
 defunctorum celebrari procurent.  
 Deinde afflictos & desolatos pijs  
 colloquijs, imò suis facultatibus  
 consolentur: iniurias sibi illatas  
 proximo remittant, & eis reconci-  
 lientur: non enim B. Virg. filius est,  
 qui eam in amore erga proximū nō  
 æmulatur.



Narratur in vita beatæ Mariæ Magdalenzæ de Paxijs ordinis nostri Carmelitici Religiosæ anno 1607. mortuæ exemplum, quod cum die quadam orationi altissimæ intenta esset & absorpta, more solito rapta est & à sensibus alienata: quo tempore apparuit ei dilectissima Virgo Maria manu gestans pulcherrimum & nobilissimum vas liquoris suavissimi: illa è vestigio sciscitabatur quidnâ præ manibus gestaret? cui Deipara respondit esse charitatis virtutem, ex templo B. Magdalena totis animi viribus sibi huiusmodi vas impertiri gratiosè postulabat; quod utique factum satis euentus docuit. Nam præterquam quod Dei Opt. Max. ardentissimo amore deperiret, adeo interdum æstuebat, vt ad cor refrigerandum niues & aquam frigidissimâ affûdere deberet, immergens in illa brachia, & aspergens illâ vultû, eamque in sinû suum infundens, eo quod videretur

diuino ardore profus consumi: unde conuersa ad cælum, aspectu planè eleuato suspirabat languēs ac dicēs: *Non possum vltèrius perferre tantam flammā?* Quandoque etiā præ nimio amoris excessu, arreptis pānis ac velis capitis sui, ventilabat vultū inflāmatum. Nec non præ diuini amoris impetu, manibus crucifixo arrepto, cursitabat per conuentum, altè vociferās *ô amor, ô amor, ô amor*: in qua actione nunc oculos in altum attollebat, nunc ad crucifixum declinabat, nunc illū ad pectus stringebat, & cū excessiuo feruore amplectebatur, dulciter subridēs ac mira de diuino amore proferēs; oculis interim in vulnus S. lateris collimatis.

Aliās cælesti amore exstimulata velociter currebat in chorum & incredibili agilitate quendā crucifixū à suo stipite resoluens humi sedebat, eumque in sinu suo fouebat, & detractis capitis sui velis, ijs sudorem & sanguinem

Christi velut viuentis abstergebat: & in miraculum: Talia namque vela post huiusmodi obsequia deuota crucifixo exhibita inuenta sunt madda & sudore plena quasi realiter Christi corpus absterfissent.

Multoties in similibus excessibus currebat velociter per Conuentum ac hortum clamans, se inquirere animas quæ cognoscerent & amarent amorem: aliquando etiam arreptis campanarum funibus eas pulsabat altè vociferans: *venite anima ad amandum, properate ad amandum amorem, qui tantum nos amat. Item si scirem Domine tuam esse voluntatem, vt in aeternum cogitarem de inferno, sponte me precipitarem in illas flammias, tantummodo vt tuum diuinum beneplacitum exequerer.*

Etiam proximum adeo dilexit, vt se omnibus spiritualibus beneficijs, alijsque donis de sursum à Patre luminum descendentibus priuari, exoptaret, vt ijs proximus exorna-

ornaretur. Vnde sæpissimè consolationibus diuinis quibus ex more in oratione mentali fruebatur, cedebat, & sororibus indigentibus charitatis officia; inquiring se raptibus, & similibus donis malle priuari, quàm proximo non subuenire.

## O R A T I O.

O Charitatis abyssus Maria, sanè fortis vt mors, dilectio tua, eia Mater amantissima clientem adiuua, confirma, visceribus charitatis renoua, vt ita & Deum super omnia diligere, procul eliminato creaturarum affectu & desiderio: & proximum sicut meipsum suaui dilectione prosequi valeam, nec angustia nec tribulatio separet me à charitate Christi &c.

## C A P V T VI.

*De Obedientia virtute ad exemplum  
B. Virginis.*

**O**bedientia est virtus, per quã  
P 3 pro-

propria voluntas abnegatur, superiorumque iussis obtemperatur, vnde S. Augustinus: *Vir, inquit, obediens mandatum non procrastinat, sed parat aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & sic se totum in se colligit, ut mandata pareat operantis.*

Huius virtutis studiosissima fuit beatissima Virgo.

Primò Deo Opt. Max. fuit obedientissima, ne latum quidem vnguè à voluntate diuina deflectendo.

Secundo, Angelis, cum respondit Gabrieli: fiat mihi secundum verbũ tuum:

Tertio legi; dum cæterarum mulierum more, in templum purificationis causâ proficiscitur, cum tamè à lege eximeretur.

Quartò Parentibus suis: vt enim ait S. Mechtildis lib. 7. Parentibus semper etiam in minimis morigera fuit, ita vt ne quidem signo, vel nutu eos vnquam offenderit.

Quin-

Quintò sponfo suo Iosepho; quid enim aliud erat, quam obedientiæ actus, dum cum in Nazareth sequeretur, comitaretur in Bethleem, cū eo fugeret in Ægyptum, & vno verbo, cum eo diuinam pacem & amorem conseruaret.

Sexto, Impijs etiam hominibus, velut Augusto Imperatori obsecuta fuit, cum iuxta eius mandatum in Bethleem perrexit descriptionis tempore.

Hanc igitur matrem imitentur Confratres.

Primò Deo, eiusque mandatis sedulo obtemperent, potiusque millies mori, quàm ab eius voluntate deuiare satagant.

Secundò legi diuinæ, cæremonijs Ecclesiasticis, institutis pijs, & antiquis Traditionibus sanctorum Patrum sumum deferant cultum & honorem.

Tertiò superioribus, velut filij Parentibus, serui Dominis, mi-

lites Ducibus, studiosi Magistris, & his similes diligentissimè pareant ad dictæ Virginis exemplum.

Quartò discant vxores maritis suis & honorem debitum, & amorem requisitum gerere, quippe hoc præstitit B. Virgo.

Quintò etiam impijs hominibus obtemperent Confratres, in ijs quæ legi diuinæ non opponuntur.

*EX E M P L V M.*

De sancto Alberto, Ordinis nostri Athleta perillustri habemus, eū supra omnia B. Virginis cultum, & deuotionem amplexū fuisse. Quod utique ab ineunte ætate sibi proposuit, sanctissimæ Virginis virtutes, & mores imitando. Inter alia non parum virtutem obedientiæ excoluit ad quam sanctissimæ Matris auxilio facilè peruenit. Satis superque hoc semel patuit cum iter vna cum socio suo ageret; cum enim eius socius aquæ lagenam deferret, ut tantillum inter medios solis æstuātis

tis calores refici possent, contigit ut forte fortuito lagena è socij manibus elaberetur, & ita in terram cadens, in varias partes fracta dissolueretur: quo agnito S. Albertus ait socio, vade, per obedientiam partes agens simul de nouo compone, & affer lagenam. Dictis obtemperat socius, partes simul componit, quo facto, obedientiæ virtute iunguntur inter se sicut prius, apparetque integra lagena. Magna profecto obedientia! an in Sancto Alberto, vel socio? Sed in S. Alberto dicamus, quem etiam præcipiendo, virtutem obedientiæ mirum in modum excoluisse pro comperto habemus.

## ORATIO.

O obedientiæ speculum Virgo Maria, impetra obsecro mihi obedientiæ virtutem, quâ Deo, & eius mandatis toto vitæ curriculo valeam obtemperare, quâ superioribus meis debitum honorem, & submissionem referam: Tu voluntatem

P 5 meam,



meam, iudicium meum, vires meas, membraque omnia in obsequium tuum, & vnigeniti filij tui subijce, vt ita sit mihi obedientia: cibus, quo in hoc mundo sustentor: sit potus quo recreer: sit vestis nuptialis. & stola gloriæ, quâ vitam æternam promerear. Amen.

---

## C A P V T VII.

*De exercitio puritatis, seu castitatis  
ad normam B. Virginis.*

**P**uritas siue Castitas est virtus, quæ carnis concupiscentiã moderatur, & illicitas voluptates excludit. Triplices habet gradus.

Primus est, piorum Coniugatorum, qui in eo consistit, vt corpore & animo ab omni illicito, & inhonesto vsu abstineant cum alijs, inter se verò purum & honestum matrimonium colant.

Secundus gradus est viduarum, aliorumque continentium, qui ad conciliandum sibi magis magisque Deum, à secundis nuptijs abstinere, perpetuamque custodiunt castitatem.

Tertius & vltimus gradus est eorum, qui perpetuam conseruant Virginitatem, nullaque voluntariâ libidine corpus vel animam contaminant.

Iam vero huius virtutis diuinum plane exemplum præbuit Deipara Virgo. Fuit namque purissima, castissima, honestissima, in corpore, in anima, in gestibus, in oculis, in conuersatione, ita vt nulla vnquam fuerit castior, vel extiterit purior. Vnde sanctus Ioannes Chryso-  
*mus, cum, inquit, S. Virgo Maria su- ser. a. 2.*  
*præ omnem humanam naturam casti- pud*  
*tatem serualet, propterea Christum<sup>mot.</sup>*  
 Dominum in ventre concepit. Audeant igitur Confratres in hoc virtutis stadio Deiparam concomitari: & vt

*lib de  
Virg.* sancti Ambrosij verbis vtamur: *fit vobis tanquam in imagine descripta* *virginitas Maria, & eius vita, in qua velut in speculo resulget species castitatis atq; forma virtutis.* Nec immerito hanc virtutem velut primariã amplecti debent: etenim præterquã quod in illa excelluerit B. Virgo, eandem requisivit inter illas tres conditiones seu obligationes, quas supra descripsimus.

Primo. Coniugati itaque Confratres pro huius virtutis exercitio, summã honestate, pudicitia & fide mutuã, intra sacri matrimonij limites sese contineant.

Secundo. Alij verò, velut viduæ & quicumque matrimonio iuncti non sunt, ingenti studio sensus suos ad virginis purissimæ normã moderentur: singularem & vitiosam aliorum familiaritatem euitent: ab omni fœdo contactu abstineant, ab omni illicito, & curioso aspectu sese retrahant: subinde Davidis verba  
repe-

repetentes , *Auerte Domine oculos meos, ne videant vanitatem* : Omnibus cogitationibus & inhonestis desiderijs resistent; & repente quosuis mētibus talia illabi aduertunt, principijs obstando , p̄ocul abijciant.

Tertio, per alienas ædes curiositatis gratia non circumcursent : In plateis, & locis publicis non demorentur prædæ inescandæ causa. Dū in Ecclesijs diuinis officijs assistent, per omnes angulos & partes non circumspiciant, sed sibi attendentes orationi vacent, & modestè se recolligant, Turpia verba non ament nec loquantur. Cantilenas minus honestas nunquam expromant : ut enim ait sanctus Chrysostomus.

*MARIA non leuis, non iocosa, non cantatrix, non turpium verborum amatrix, sicut solent plerumq̄, puella, quæ talia libenter aut loquuntur aut audiunt. Hæc ille, hoc est primum virtutis castitatis exercitium.*

## E X E M P L V M.

Sancta Mater nostra Tereſia vt pote exemplo B. Virginis ex diuino priuilegio adeò caſta fuit, & pura, vt nec ipſas tentationes carnis vnquam perſenſerit; immò puritas uirginalis ex vultu eius ſingulariter reſplēdebat, ita vt etiã ſecum cōuerſantes ad eandem puritatem inuitaret. *Aiebat qui non abſtrahit cor ſuum ab omni affectu extra Deum, nunquam perueniet ad contemplationem.*

B. Magdalena de Paſſijs Ordinis noſtri vt ſupra diximus, mirum in modum B. Virginis exemplum fuit proſecuta: potiſſimum verò in caſtitalis virtute eam ita æmulabatur, vt diceret ſæpe cum lacrymis: *Ad pondus puritatis ſorores. Deus nos coronabit in altera vita.*

Dicebat inſuper cordis puritatem acquiri, ſi in omnibus abnegetur propria voluntas, eligendo  
potius

potius mortificari quam consolationem propriam quærere.

In fine vitæ suæ agebat Deo gratias, quod nunquam agnouisset actiones contra castitatem, & quod in nulla vnquam re delectata esset, quam in solo Deo censebat esse defectum notabilem, Religiosum loqui de consanguineis, vel de rebus secularibus, aut si diceret aliquid verbum difforme suæ professioni, vel admitteret minimam cogitationem in cor suum extra Deum:

Quandoque amore castitatis cõferuandæ, osculabatur parietes monasterij sui quod illi essent custodes suæ virginitatis, separantes eam à periculis mundi.

#### O R A T I O:

Castissima Virgo MARIA lilifera inter spinas, rubus incombustus, & rosa mystica, tu es puritatis & continentiæ exemplar, tu es virginitatis primiceria, & vexillifera: Ecce  
sub

sub tuæ sacræ Confraternitatis de monte Carmelo vexillo milito: Obsecro ergo te mater purissima, corporis mei tutelam suscipere digneris: adstant plurimi inimici, adest mundus, titillat caro, tentat diabolus: tu adiuua, ne succumbam: tu contere eos in fortitudine virtutis tuæ: vt sub auspicijs tuis casto in amore puritatem tuam valeam æmulari.

---

### CAPVT VIII.

*De Paupertatis virtute, ad exemplum Beatissima Virginis.*

**P**Aupertas est carentia, & abdicatio voluntaria diuitiarum & cæterarum rerum temporalium. Igitur si quispiam propter Deum voluntariè hæc terrena & transitoria relinquat, vel saltem prompto affectu relinquere sit paratus: ille reue-

reuera pauper apud Deum est censendus.

Primò huius virtutis exemplum nobis præbuit efficacia B. Virgo pauperem Sponsum sanctum Iosephum officio fabrum lignarium sibi deligendo, ita ut ambo cum paruulo Iesu ad vitam laborando sibi necessaria suppeditarent.

Secundò. In sacratissimo Domini ortu, quale paupertatis exemplum reliquit? In stabulo parit Angelorum Regem: in præsepio reclinat: in vili & patenti tugurio animalium receptaculo conseruat ad quadraginta dies. Vnde S. Cyprianus: nulla, inquit, domus ambitio, nisi reclinatorium in stabulo, mater in fæno, filius in præsepio.

Tertio. Quadragesimo post partum die, more pauperum, par turturum aut duos pullos columbarum offert in templo.

Quartò post Christi in cælum ascensionem, iuxta sanctum Augustinum,



stinum, voto paupertatis nuncupato, hanc virtutem mirum in modum excoluit, ita ut modicum illud quo conseruandi corporis causa victitabat, totum ex eleemosynis collectum esset.

In hac virtute Matrem imitentur Confratres nostri.

Primò, diuites; in opum ferumque affluentium contemptu, ita ut plus æquo illis non inhæreant, iuncta illud: *diuitia si affluant nolite cor apponere.*

Secundò, si contingat diuitiarum suarum iacturam facere, matrem æmulentur, quæ in paupertate læta, & contenta vitam trãfigebat.

Tertio, æquo libentique animo in hoc statu permaneant, memores illius, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.*

Quarto, Omnem spem in hanc cælestem matrem reponant: quippe pro filio mater sollicita non foret?

CARMELITARVM. 355  
EXEMPLVM.

S Petrus Thom. Ordinis nostri,  
eximius sanè Athleta, & postmo- *Boss. c.*  
dum Patriarcha Constantinopolit. *12. Pa-*  
à teneris vnguiculis superamabilif- *100 c. 12.*  
simam V. Mariam indicibili amore  
complexus est, præsertim verò ad-  
eò sanctissimæ Virginis virtutum  
vestigijs inhæsit, vt ne latus qui-  
dem vnguem, quantum in ipso fieri  
potuit, deflecteret, proinde summâ  
complexus paupertatem volunta-  
riam, lætus ad exemplum B. Vir-  
ginis viuebat: tandem factum est,  
vt tanta succreuerit in nostro mo-  
nasterio (vbi tum degebat) penuria,  
vt ad sua studia, quibus summopere  
eminuit, potissimum in hæreticis  
confutandis, vix oleum, candela sue  
imo nec victum, nec amictum te-  
nuem habere possêt. Cû quadã vice  
Dormitorũ post matutinas laudes  
perambulans, aduerteret, ob vrgen-  
tem necessitatem, studia, Deo licet  
è sacræ Virgini gratissima, omit-  
tenda

tenda fore, genu flexus & manibus  
in altum sublatis, matrem suam ag-  
gressus est, & necessitatem vltro  
obiecit.

Dulcissima Virgo, & supra mo-  
dum amabilis lacte & melle manās,  
sui Petri angustias longius protra-  
here non potuit, victa non pugnā,  
sed filij amore; summo fulgore &  
venusta forma ei apparuit, & per  
cappam eum familiariter tenens, ne  
verearis, inquit, dilecte fili, constans  
esto, litterarum studijs diligenter,  
vti cœpisti, incūbas, ego te nunquā  
deseram; est mihi cura tui, sit tibi  
cura mei: peto abs te pro nostra  
arctissima necessitudine, seruias de-  
votè filio meo, quo dicto deinde  
disparuit. Ex cuius sanctissimā præ-  
sentiā, tanta suauitas & fragrantia  
primum in corpus redundauit, vt  
extra se raptus videretur.

Postridie verò quidam magni  
nominis vir, ad prædictum sanctum  
directus, ab eo in confessione audi-  
ri po-

ri postulat. quâ absolutâ, ei decem aureos regales donauit, exinde temporalium sufficientiam à Deo semper fuit consecutus.

## O R A T I O.

O Paupertatis norma Virgo Maria, quæ generoso adeò animo rerum omnium inopiam in hoc mundo perpeffa fuisti, enixè rogo per viscera misericordiæ tuæ, vt in eiusmodi miserijs & necessitatibus fortis & intrepidus permaneã, vt ita valeam tibi confirmari.

---

## C A P V T IX.

*De virtute humilitatis ad normam*

*B. Virginis.*

**H**umilitas est virtus, qua animus coercetur, ne ad altiora feratur, sed ad ima potius deprimatur, ideoque dicebat sanctus Dorotheus, *tunc, inquit, est in te humilitas, cum te nullius pretij & valoris existimas, & ad ima dimittis.*

Hanc

Hanc in gradu perfectissimo possedit Dei genitrix Virgo.

Primo, hęc prodidit quādo legatione Angelicā ad sublimissimum Dei matris gradum prouecta, respondit Angelo, *ecce ancilla Domini*: Ecce quomodo ad altiora non se attollit, sed ad infimum & abiectum ministerium se dimittit, vnde S. Ambrosius, vide, inquit, humilitatem Virginis, Ancillā se dicit, quę mater eligitur, nec magno illo aut repentino exaltata promisso est.

Secundo denique B. Virginis vita humilitatis exemplum fuit, quod consideranti patebit.

Primò, Hanc humilitatis Marianę virtutē æmulentur Cōfratres, in honoribus, & dignitatib. vel exhibitis vel receptis non se attollāt.

Secundo, Non in vestibus holoseris & pretiosis superbiant, non in verbis alta sapiant, nō in gestib. ceteros contemnant, non elatā fronte capillis calamistratis & fucatis incedant.

Ter-

**Tertio.** Non se vel sanctitate vitæ, vel animi deuotione, cæteris hominibus præcellere existiment: quippe Phariseorum hoc est proprium & non B. Virginis Confratrum. Attendant itaque ad matrè, de qua ait sancta Mechtildis, prima virtus, in qua B. Virgo iam nata infantula se exercuit, singularis humilitas fuit, per quam tam modestè semper de se sentiebat, vt licet tantis dotata esset gratijs, nulli se vquam Creaturæ prætulerit.

## EXEMPLVM.

**S.** Mater nostra Theresia non parum ad normam Deiparæ in humilitate profecit: quippe æstimabat se indignam, vt Deus eius recordaretur, dicebatque se nullius rei habere vanam gloriam, licet consultò illam appeteret; cum aperte cognosceret, se multis miserijs esse plenâ, aliasque omnes in virtute proficere, se excepta.

Mira-

Mirabatur cur alicuius ingenij censeretur, quæ in nullo quicquam fide dignum præstaret: hinc exquirebat consilium ab inferioribus: & alias quicquid actura esset, id consilio suorum confessoriorum faciebat.

Facultatem dederat confessorijs suis eius peccata etiam dum viveret euulgandi, ne vt ipsa referebat, ulterius mundum deciperet, quandoquidem ei immeritum sanctitatis honorem deferret.

Ne vt sancta coleretur Deum rogabat, vt ipsam priuaret raptibus & extasibus, quas publicè non raro patiebatur, & tandem post multas lachrymas & prolixas orationes id à Deo obtinuit. Inquirebat summa cum diligentia occasiones, in quibus ~~suus~~ defectus alijs aperiret, ne forsan magni fieret ab ipsis.

Tantam dulcedinem ac voluptatem hauriebat ex reprehensionibus,

17 CARMELITARVM. 361  
nibus, alijsque iniurijs grauissimis  
sibi illatis, vt fateretur non reperiri  
vllum genus musicæ quantumuis  
sonoræ, quâ ad eò suauiter afficeretur,  
quam dum proprios despectus  
perciperet ab alijs.

Fuit semper resoluta nunquam  
se excusare, quantumuis grauissimè  
reprehenderetur & innocens  
esset.

Seruiebat alijs monialibus in co-  
quina cum omni humilitate & ani-  
mæ suæ ingenti satisfactione, lauans  
scutellas, scopansque loca domus  
immundiora, in quibus locis odores  
suauissimos & fragrantissimos per-  
cipiebat.

Dum aliquid humiliter agen-  
dum, vel laborandum esset, illa om-  
nium prima accurrebat cum cani-  
stro & scopis, licet infirma & om-  
nium debilissima.

Quadam vice ingressa est Refe-  
ctorium toto inspectante Conuen-  
tu, reptans manibus ac pedibus in-  
star



Atar bestia onerata supra humeros lapidibus, & fune collo ingesto, ab alia moniali trahebatur, dicens hæc ratione suas culpas atque defectus. Idem & alias faciebat vestita paleis in maiorem sui contemptum.

Alia vice rogabat sibi auferri habitum Religiosum à Prælatis, quasi secularis de nouo illum prætenderet, quem post aliquot dies recipiebat tanta cum deuotione ac spiritu, vt dum reuestiretur, in mentis excessum facie omnino rutila ac splendenti abiret.

Dum in choro sub officio diuino aliquem errorem admitteret, confestim se prosternebat, & si quando inde egredi necessitas postulabat, hoc non faciebat nisi prius humiliter postulatâ licentiâ à Priorissa aut suppriorissa.

Cum fortè in præsentia aliorum raperetur in extasim ne huiusmodi fauores supernaturales colligeret

rent & æstimarent, mirè illas excusabat, nam subito petebat aliquid refectionis corporalis, quasi humanum perpeffa, inquiens: *quandoque similibus rebus subÿcimur, quia patimur infirmitatem cordis.* Favo- res enim cœlestes quantum pote- rat occultabat; hinc cum illis qui- buscum agebat, prudentissimè & sagacissimè conuersabatur nauans operam, vt de ea, quam habebant sanctitatis opinionem, depone- rent.

Dicebat esse impossibile vt ani- ma veraciter Deum agnosceret, quæ humilis non esset, & nihil ad- eo efficax ad diuinum amorem conciliandum reperiri sicut humi- litatem & propriam cognitionem: in ea enim consistere mensurâ per- fectionis.

Non permittebat sororibus vt de suis loquerentur parentibus ne quidẽ per iocũ ob immensa anima- rũ detrimẽta inde exurgẽtia, sed aie-

bat in Christi Collegio, aliàs debere esse æquales, verbis, factis, & affectu.

## O R A T I O.

O humilima creaturarum omnium Virgo Maria, non me latet, quod ait D. Bern. qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in vêtum puluerem portat. Propterea non veniat mihi ô Domina pes superbiæ; ibi enim ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem. Nouerim igitur me ô Domina: nouerim Deum meum vt amem illum & contemnam me: vt ita tibi similis factus, virtutes cæteras valeam adipisci.

---

## C A P V T X.

*De exercitio patientiæ ad normam  
B. Virginis.*

**P**atientia est virtus, quâ corroboratur animus contra tristitiam

tiam ad ardua & difficilia cum alacritate toleranda. Quo fit, vt sit patientis animi proprium, calamitates ingruentes, afflictiones obuias, cruces, opprobria, bonorum temporalium iacturam, penuriam & his similia æquo animo perferre: vnde S. Tho. illã definiens ait *patientia est virtus, qua æquo animo mala toleramus.* 22. q.  
136 a.  
10

Huiuscemodi virtute mirificè prædita fuit sanctissima Virgo.

Primò, quas miseras perpeffa fuit in hoc mundo, cum ad eò pauperiori fortunæ, vt in præsepio hominum & Angelorum Regem parere compulsa fuerit?

Secundò quas cruces animo præsensit, dum octauo die post filij sui vnigeniti partum vidit Deum hominem factum circumcidi; & adhuc infantulum pati nescium, sanguinem profundere?

Tertiò, quæ molestior Virgini sacratissimæ oboriri potuit affli-

ctio, quam intempesta nocte Natali solo exterminari, vt etiam in Ægyptum ob truculentam Herodis rabiem proficisci cogeretur?

Quartò, quanta crux, cum Iesum duodennem amisit in templo? Pater, inquit, tuus, & ego dolentes querebamus te. Quidni dolentes, cū alteram vel totalē potiùs cordis sui partem nempe Iesum amiserint?

Quintò. Sed quis dolorum & afflictionum profluuius in sacratissimâ filij sui passione? tanta, inquit *in ser.* Bernardus, & tam magna fuit passio *habas:* filij, tantaq; abundantia ex dolorum flumine bibit, vt plenus ipse existens eos effuderit in cor matris. Verè ait Anselmus eam alloquens, *De ex-* pertransiuit *cell. 6.* animam tuam gladius doloris, qui tibi *2. c. 3.* amarior fuit, omnibus doloribus cuiusvis passionis corporeæ; quicquid enim crudelitatis inflictum est corporibus Martyrum, leue fuit, aut potius nihil, *comparacione tue passionis.* Hæc ille.

Denique in quantam miseriarū

tem-

tempestatem venit post benedicti filij sui mortem & passionem? Illa sola sibi relicta, sine vlla populi sui consolatione per annos quindecim remansit. *Quæso*, ait sanctus Sophronius, *Si qua in vobis sunt viscera pietatis, cogitate attentius, quibus afflictebatur virgo doloribus post Christi in cæ-* De As-  
jumpt.  
*tum ascensum? Cõsiderate quo cruciaba-* Virg.  
*batur amore, quomodo desiderio hac virginem*  
*dum reuolueret animo, cuncta qua au-*  
*dièrat, qua viderat, qua cognouerat.*  
*Eecce istæ sunt afflictiones, dolores,*  
*miseriæ, cruces, quæ perpessa est*  
*sanctissima Virgo: & tamen quam*  
*læto animo quam prompto hæc*  
*pertulit? ait sanctus Ignatius Mar-*  
*tyr, in persecutiõibus & afflictionibus, in op-*  
*quis in hac vita libebat, gaudebat.* ad lo.

Hinc discant Confratres nostri, afflictiones suas & miserias, quæ ijs obueniunt, ad matris suæ Deiparæ patientiam collimare; discant bonorum suorum fortunã æquo animo tolerare: discant pauperioris vitæ

egeltatem alacriter sustinere: discât opprobria & populi insolentis ignominias nihil facere, morbos & ægrotudines sine animi demissione perpeti, derelictiones & ariditates animi à Deo immixtas libenter acceptare, filiorum suorum mortem ad exemplum Virginis, fortiter, imo gaudenter, cæteraque huius vitæ mala æquanimiter perferre.

E X E M P L V M.

Notum est satis, quot & quantis molestijs & afflictionibus noster pietate & miraculis eximius Pater Ioannes à Cruce, primus post TERESIAM sanctam Carmeli reformationis parens, velut aurum in fornace probatus fuerit, qui semel apparenti, sibi Christo, & ad eius consolationem dicenti, *Ioan. quid vis pro laboribus?* respondit sicut athleta bellicosus, *Domine pati & contempni pro te. Ô mira vox! Ô animi patientissimi indicium! non aurum, non honores, immo non cælum, & quod*  
am-

amplius, nec Deum ipsum in retributionem exoptat. Ad tantum verò patientiæ gradum B. Virginis auspicijs ascendit, cui se totum deuouerat: vnde illa semel maximam Ioannis afflictionem miserata, affuit, eumque exinde eripuit: At ille patientiæ studiosissimus enixè rogabat pati & contemni per totam vitam: quod vtique fuit ei concessum, vt illius vitam legenti patebit.

## ORATIO.

O dilectissima Virgo patientiæ exemplar & decus, oro te, & enixè rogo, trahe me post te in odorem huius excellentissimæ virtutis, certus enim sum, quod nisi compatiar, corregnare nequeam. Ecce postulo humillimè per dolores, fatigationes, & mœrores tuos, vt tribulationes huius mundi nihil faciam, cruces vltro amplectar, aspera & dura fortiter perpetiar: Imò cum sancta



Virgine Teresia generosè volo dicere, aut pati aut mori: fac igitur, ô Deipara, vt ad tui exemplum in hoc proposito semper permaneam.

---

## CAPVT XI.

*De exercitio deuotionis in rebus diuinis ad normam B. Virginis.*

**D**euotio est promptissima; studiosissimaque voluntas erga ea, quæ ad cultum diuinum spectant.

In hac virtute perquam maxime sese exercuit B. Virgo, fuit namque rerum diuinarum apprime studiosa.

1. Dum adhuc tenerrimæ ætatis foret, Deo Opt. Max. sese obtulit in templo, vbi in virginum cæterarum contubernio vndecim annis, æquè plus, iuxta Bonauenturam, mansit in omni deuotionis Spiritu ibique vt narrat Canisius, pernoctabat in precibus, & rerum diui-

diuinarum contemplatione, somno corporali vnā tantummodo partem noctis concedens; à prima luce vsque ad tertiam diuinis templi officijs intererat: deinde in propriam cellam sese recipiens, opere manuum sese exercebat, vel stamina pollice ducendo, vel lanam, linum, sericum texendo: in ministerium templi. Vesperī lectioni diuinæ vacabat: locus eius ordinarius erat sacellū; in quod Virgines audiendi officij diuini causa ventitabant: vnde alijs hæc recedentibus, ægrè recedebat.

Est enim animaduertendum fuisse olim in templo Ierosolymitano (vbi diximus, vndecim & amplius annis cohabitasse Virginibus alijs Deiparæ) locum quendam separatū, & instar monasterij conclusum, in quo degebant Virgines, quæ templo inseruiebant, partim in rebus ad mulieres attinentibus, partim in orationib. alijsq; virtutum exercitijs: habebant propè altare quasi

facellum, in quo precibus vacabant, dum diuina peragerentur officia; quibus absolutis, singulæ sese in propria alia domicilia siue cellas recipiebant ad explenda sua officia, in hoc templi spatio detinebantur Virgines vsque ad ætatem nubilem; nondum enim erat patefactum Virginitatis conseruandæ consilium in mulieribus. nam in viris iam pridem suo exemplo præiuerat noster sanctus Pater Elias, qui virgo semper permansit, quod pro mulieribus Deiparæ Matri nostræ reseruabatur: ita vt spiritu exultante gloriari possint Carmelitæ sui Ordinis binos sibi vindicare parentes, à quib. virginitatis perpetuæ, vouendæ, mirabilis & angelica virtus duxit primordia.

Ita igitur in deuotionis virtute vitam agebat Deipara vt Deum adoraret in spiritu, laudando illum & glorificando, mirabilia enarrans testimonia eius: & maximo Dei amore

more accensa, totam se miro quodam animi sensu in eū effunderet: sed neque in ipso manuum opere anima illa ter benedicta ab oratione desistebat, vel contemplatione: nam viuacissimam sibi Dei præsentiam impresserat, quem contemplando iugiter amabat, & amando contemplabatur, immo & breuem somnum, quem sacro suo corpori indulgebat, contemplationis & amoris diuini memoria interrumpibat, quietis naturalis quasi facta immemor: ita vt corpore semisopito vigilaret anima, & res diuinas ante perlectas reuolueret, dormiensque suauissimè cum Deo colloquia misceret. Vnde recte illud Canticorum de illa subintellexit Rupertus, *ego dormio & cor meum vigilat.* Totum illud elegantissimè noster Mantuanus li. 1. versibus suis fuit complexus: vbi sic ait:

*Afidiuis veterum studijs oracula Diuum*

Peruigilique legens curâ Mosemque  
piumque

Isaiam, mastisque virum qui versibus  
urbem

Plorat, ab ingenio curâ, à lumine som-  
nos,

Sedula pellebat, paruo sua vota sacello  
Supplicibus palmis narrabat, & ore su-  
pino

Otia nulla die carpens, nulla otia nocte,  
Cura tibi somniq, breuis que pasceres  
artus,

Pauperibus mensis genium fraudabat,  
& oras

Et castigato tolerans ieiunia ventre,  
Carmina discobat, sanctiq, poemata  
Regis,

Qui tetricis olim fidib. cãtabat ad aras  
Sacraq, fatidico psallebat ad organa  
cantu.

Et paulò post.

Nunt lanam pingebat acu, nunc pensa  
trahebat

Serica, & immixtis per licia pãdula filis,  
Vela sacerdotũ sacros texebat in usus  
Tæxonũ nihil ore sonãe, inclusa latẽsq,

Bla

*Plena Deo pectus, toti gratissima celo;  
Nervosaq; animo vires: sepe riq; volutas  
Iustitia rectiq; memor, moderamine  
certo*

*Discordes animæ motus luxurique do-  
mabat.*

*Qualis purpureæ radias carbūculuore  
Obscuros inter lapides, gēmasq; minores  
Splēdet arenoso qua tingitur India gāgo  
Parthenice metalis erat &c.*

*Ita Mantuanus Carmelita.*

2. Continuū devotionis specimen edidit toto tempore quo vnigenitū filiū suū enutriuit: cum enim præ oculis verbū illud incarnatū assiduo haberet, cœlesti contemplatione quasi absorbebatur, altissima Incarnationis, diuinitatis, Trinitatis, & his similia mysteria meditabunda.

Vnde de illa scriptū est in Euang. *Maria conseruabat omnia verba hæc, conseruens in corde suo:* Vnde mirum quantum B. Virgo ad se attraxerit & devotionis sensum & amoris dulcedinem, desideriumque incredibile diui-

diuinis beneplacitis obtemperandi. sic vt prorsus purissimam animã eius, modo per ecstases diuinas, modo per visiones intellectuales & imaginarias in sublime quasi suspensam tenuerint.

Amica speciosa, quan nihil Deo erat charius, iam tum cœlesti amore medullitus vulneratã, & vna ex millibus ad castissimos amplexus electa, ô quantæ deuotionis æstus! ô quantos promptæ voluntatis ignes noctu diuquæ persensit!

Quòd si qua mens humana vnquam in terris inter sponi cœlestis hæsit brachia, & beatissimum illud tulit osculum quod nemo scit, nisi qui accipit, Mariæ profecto mens illa fuit, violento nimis deuotionis feruore acta: adeò vt sui velut immemor in excessu mentis diceret,

*quid enim mihi est in cœlo? & à de quid volui super terram? defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum. Ego dilectio meo,*

*meo, & dilectus meus mihi, qui nascitur inter lilia: Cor meū & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Ps. 83.

3. Insignem præsensit deuotionē hæc virgo, post mortem & ascensionem Christi, & aduentum Spiritus sancti. Licet enim antea ad summū perfectionis gradum pertigisset eius deuotio, noua tamen nouorum Spiritus S. donorum accessione summopere cumulata fuit, quæ in ipsam maiori abundantia, utpote plus alijs capacem & ad ea dispositam, quam in vllum Apostolorum, redundarunt. Vidisses illam sæpissimè Hierosolymis. sacra repetentem loca, in quibus seruator noster Iesus Christ. salutis mysteriū fuit operatus: modo Oliueti môtē, è quo cœlū conscenderat, deuota Virgo non sine lachrymis gaudio mixtis requirebat: Inde ad tuguriū Bethleem repedabat, in quo verbum incarnatum pepererat, pannis inuoluerat, in præsepio collocarat; hinc reui-



reuifibat Nazareth, vbi filium ſuū tanto cum animi plauſu educarat, & de cubiculi conſpectu, in quo eū conceperat, ingentem referebat lætitiā. Ita Virgo ſanctiſſima deuotionis igne accenſa vitam agebat.

*S. Tho.*

*3. p. 9.*

*27. c. 3*

*Bona.*

*in 3. d.*

*3. q. 2.*

Sed quod valde notandum, hunc pietatis ſenſum plurimum promouebat magnis ieiunijs, vigilijs alijsque pœnalibus operibus, & licet nullius indigeret ſatisfactionis onere, tum quia omnis peccati expertus, tum quia in eius carne nullimotus, nullæ inclinationes, vt in cæteris filijs Adam inerant, repugnantes rationi, hoc eſt vel ad malum impellentes, vel à bono retardantes, ob tam ingens propter Deum patiendi deſiderium, & filij ſui imitationem, vtrò hæc omnia complectebatur. Vnde Beatiffima Virgo cuidam Religioſæ Chriſti ancillæ teſte Bohauen. reuelauit, his verbis ſequentib: eam allocuta. Fi-

lia

ſia tu credis, quod omnem gratiam quam habui, habuerim ſine labore, ſed non eſt ita; imo dico tibi quod nullam gratiam, donum vel virtutem habui à Deo ſine magno labore, continuâ oratione, ardenti deſiderio, profunda deuotione, multis lachrymis & multa afflictione dicendo, & cogitando ſemper placita ſibi, ſicut ſciebam & poteram, excepta ſanctificationis gratia in vtero Matris: & addidit, Pro firmo ſcias, quod nulla gratia deſcēdit in animam, niſi per orationem & corporis afflictionem.

Hæc B. Virgo dixit, frequentationem Sacramentorum & Sanctorum inuocationem, cæteraque id genus media, eodem reuocando: Hæc vtinam omnia iuſtâ animi trutinâ penſiculerent Conſratres noſtri; Matrem cæleſtem in hac poſtiſſimum virtute ſtuderent æmulari, eſt. n. hæc virtus quaſi cæterarū  
virtu-

virtutum fomentum, & vt sic dicam, præseruatium.

Itaque sedulo ea, quæ sunt ad Dei honorem & cultum, inquirent, amplectantur, conseruent, & retineant: paratissimam in se, ad Dei seruitium suscitent voluntatem, nullatenus animo cadente, vel pigritiæ veterno delitescentes: frequentes ad templa confluant, relictis stratis mollibus & culcitrīs, & opiparis mensis: dum in templis fuerint, non aliorum colloquijs sed sanctis sacrificijs intendant: loca pia & ad pietatem instituta lubenter accedant, monasteria sancta frequentius repetant, vt ibi mentem deuotionis igne valeant incendere bonis & sanctis Religiosorum piorum monitis. Orationi & vocali & mentali diligenter incumbant, specialem ad hoc & à mundano strepitu seiunctum sibi locum eligentes: cuius equidem, Confratres nostri opportunam apud nos  
nan-

nancifcentur occasionem, nam mane ab horâ 5. ad vsque sextam prælectâ voce alta meditatione, Religiosi nostri mentali orationi, summo cum silentio & quiete spirituum vacant: rursus vespertino tempore ab horâ 5. similiter vsque ad sextam, idem præstant: quod optimè ea datâ commoditate in templis nostris vnanimiter facere poterunt Confratres, quoties mentali orationi incumbere volent: Rursus sacras confessiones & diuinas communiones ingenti animi zelo sæpius repetant: de diuinis rebus frequentiores instituant sermones & colloquia: libros spirituales perlegant, prophanos velut aspidum morsus euitent: fugiant etiâ consolationes, & recreationes non necessarias, vt ludos, & spectacula prophana, virorum & foeminarum tripudia, lasciuorum & curiosorum librorum lectiones, & his similia, quæ nihil aliud sunt, quam deuotionis

tionis impedimenta teste enim Gregorio sancto, à *Dei amore plus se rebus oblectat terrenis*. Quapropter ad B. Virginem normam bona opera aliaque similia, quæ deuotionis sunt nutrimenta, assumantur.

Hinc annotent Confratres nostri, deuotionis virtutem non in eo sitam vt quis sensibili & exteriori gustu res spirituales, confessiones, sacras communionem, & his similia percipiat, vt consolationes internas & externas præsentiat, vt nullam à Dei seruitio remoram offendat; non inquam in his similibus sitam esse deuotionem aduertant: quoniã sæpe videmus eiusmodi deuotos minimã in contrarium occasione data, à via perfectionis declinare; quoties experimur eiusmodi, propriæ voluntatis proprijque iudicij vitio laborare, & è consequenti, nulla vera deuotione imbutos esse? Quippe quandoquidem

ea virtus sit non equidem voluntatis propriæ, sed diuinæ exequentiæ promptitudo; quis prædictos deuotos veræ deuotionis virtutè pollere profiteatur? de his talibus peroptimè scripsit nostra sancta Mater THERESIA in libro suarum foundationum capite sexto. Ibi inter alia enarrat quandam deuotam extitisse, quæ singulis diebus sacra synaxi, reficienda erat. hanc contigit ob corporis indispositionem nonnullo temporis spatio domi detineri, ac prouinde euocato sacerdote, qualibet die prout moris erant in suo Oratorio sacris missarum solemnibus peractis communicabat. Quadam vice sacerdoti insigni Dei famulo visum est minimè ferendum esse, vt ipsa domi quotidie sacra mysteria perciperet: diabolica id in illa tentatio esse debebat, & suggestio infernalium potestatum,

vt ait sancta Mater nostra Theresia, quod ultimo die, quo ipsa expirauit, fieri contigerit.

Illa, vt se frustratâ vidit, in tantû ira commota, & aduersus sacerdotem stomachata, vt sui facta impatiens, è vestigio animam efflaret. Ecce igitur quomodo non in illis sita est deuotionis virtus. Vnde sic ait nostra S. Mater Theresia: *Creã me que el amor de Dios, ( y no digo que lo es sino à nuestro parecer ) que meneã las passiones, de suerte, que para en alguna ofensa suya, ò en alterar la paz del alma enamorada, de manera que no entienda la razon, es claro que nos busquemos à nosotros: y que no dormira el demonio para apretarnos, quando mas damno nos piense hazer, como hizo en esta muger, que cierto me espanto mucho: aunque no porque dexo de creer que no seria parte para estoruar su saluacion, que es grande la bondad de Dios, mas fue à recio tiempo la tentaciõ. Id est: mibi, ergo creditè, Dei amo-*

(non eum dico qui tantum talis nobis esse videatur) qui ita passiones nostras mouet, ut per eas tandem aliquo diuinum offendamus peccato, aut anima amanti pacem ita perturbat, ut quid rationi consentaneum sit, non intelliget, verum amorem non esse, sed tantum nostri ipsarum quasitionem: nec diabolum dormiturum ut nos ad angustias redigat, tum, cum plus nobis inferre se damni posse existimabit, quemadmodum mulieri illi, quam dixi, intulit: quam certè non possum non mirari; et si verò id credam sufficiens non fuisse, ut salutem ipsius indidiscrimen adduceret (magna quippe Dei bonitas est) nihilominus tentatio hac tempore quam periculosissimo contigit.

Proinde assuescant Confratres nostri solidiori deuotionis pani, promptam in se circa diuinum cultum excitantes voluntatem, non autem illis mellifluis gustibus & exterioribus consolationibus immorantes.



Si quispiam aliquando B. Virgini additus fuit, certè non medio-  
crem sibi locum vindicavit noster  
S. Petrus Thomas, aded, vt quasi  
totus in illius cultu absorberetur,  
ac proinde frequentissimè bene-  
dictæ Virginis præsentia frueretur.  
Vt ex multis vnum non taceã, qua-  
dam vice apparuit ei sacri nostri  
Ordinis turbulentam quandam  
tempestatem ingemiscienti ( infur-  
rexerant quippe nefandi quidam  
homines, hunc ordinem demoliri  
latagentes ) & ait: *Petre quid mæstus  
affligeris? de ordine sollicitus iaces? nolè  
anxius tabescere; vsque in finem man-  
di, Petre, Religio Carmelitarum per-  
manebit: nam Elias illius Institutor fi-  
lio meo apparens, in transfiguratione  
id postulavit & impetrauit. Hæc san-  
ctissima Virgo Maria. Ex quibus  
prægrandis huius sancti cum Vir-  
gine affectus, latis superque ap-  
paret.*

Mat.  
in eius  
vita.

Inde

Inde factum est, vt noster sanctus maximum deuotionis gradum attigerit: quippe talis fuit, vt siue afflictiones & cruces, siue contraditiones, siue internæ derelictiones, siue externæ persecutiones, vel infirmitates obtigissent, inclamaret semper, *Paratus sum Domine, non sum turbatus, vt custodiam mandata tua, paratum cor meum Deus, paratum cor meum.*

## O R A T I O.

O Virgo gloriosissima, quam pulchri sunt gressus tuarum virtutum ô filia Principis? trahere me, sed præsertim in odorem tuæ deuotionis; transeat à me hyems, & animi mei frigus internum: abeat imber tepiditatis & pigritiæ; surge Amica mea & Mater, & veni, & cordi meo dominare, vt sic firmissimè paratus in Dei obsequium, tecum sine fine exultem. Amen.

Poterunt Confratres in cæteris virtutibus ad normam prædictorum hæctenus, matrem suam cælestem æmulari; nimium enim prolixum foret omnium illius virtutum seriem retexere; talis enim Maria fuit, si Ambrosio credimus,

*vt eius vnus vita omni-  
um sit discipli-  
na.*

*Finis primi Exercitiij.*





## ALTERVM EXERCITIVM

Marianum pro Confratribus

B. V. Mariæ de Monte

Carmelo.

### CAPVT I.

*Quale sit exercitiij genus? & qualiter  
à prædicto distinguatur.*

**P**RAEMISSO generali exercitio de virtutibus Deiparæ Virginis, quod omni tempore & pro varijs occasionibus est obseruandum à Confratribus nostris: restat vt alterum tradamus exercitium, magis singulare & obuium, determinando tempus, quo sit executioni mandandum; præscribendo modum, quo sit peragendum, afferendo motiua, quibus sit amplectendum.

CAP.

## C A P V T II.

*Quid summo manè à Confratribus  
agendum?*

**T**Ametsi Deiparæ animus Deo tam stricto & intimo amoris vinculo colligatus fuerit, vt inter somnum etiam & corporalem quietem diuina pensitaret mysteria ac reuolueret attamen præsertim vbi à somno naturali euigilabat Virgo, mente illico in Deum assurgebat, se suaque omnia ad Dei gloriam dirigebat.

Studeant pariter Confratres in hoc maximam adhibere diligentiam, & euigilando, sursum è veltigio animum attollant, factoque crucis signo, se suaque omnia, Deo & B. Virginĩ voluntariè sacrificent & offerant. Poterunt autem vti hac directione, vel alia simili.

1. *Clementissime Deus, tuque dile-*

tuque dilectissima Mater Virgo Maria, quibus placere cupio, ego . N. offero meipsum, cogitationes, verba, operaque omnia totius vitæ, peculiariter verò huius diei, ad vestrigloriam : firmiterque status, à culpis cauere, bonisque operibus, diuina gratia constanter insistere. Precor igitur vos, quam possum impensè, vt me per omnia dirigere & tueri dignemini.

2. Specialem sibi proponant virtutem, vel opus pium in quo se exercere satagant, toto cursu illius diei.

3. Peculiare sibi obijciant peccatum, à quo præcauere enitantur: non enim in incertum pugnare bonum est, sed cum hoste præcognito & nominatim ad arenam promouato viriliter configere perutile erit.

4. Infinitas rependant grates Domino Deo, quod ista nocte à

periculis imminentibus, tum exto-  
rius fuere liberati.

5. Perbreue instituant conscien-  
tiæ examen, an aliquod per noctem  
commiserint peccatum, quo depre-  
henso veniam à Deo exigant pro-  
ponendo se proximâ occasione in  
confessione id expiuros.

6. Benedictionem à dilecta Ma-  
tre expostulent, dicendo, *Nos cum  
prole piâ, benedicat Virgo Maria.*

Hanc operum suorum directio-  
nem non tantummodo mane, sed  
toto diei decursu obseruent Con-  
fratres, Virgini sanctissimæ sua o-  
mnia, antequam ea aggrediantur,  
offerendo. Est namque hoc peruti-  
le, imò & pergratum Virgini. Per-  
utile, quia, cum omnes fermè Con-  
fratrum actiones sint humanæ, &  
intra naturæ limites, ac vt tales, vi-  
tæ æternæ meritoria non sint; fit vt  
prædictæ directionis accessu & pra-  
xi reddantur meritoria. Et præter-  
cà Virgini pergratum, prout nostræ  
S. Ma-

S. Matri Teresæ fuit diuinitus ostensum. Quippe cum cuiusdam Monasterij Priorissa fuisset consti-<sup>l. 3. vis</sup>tuta, primo omnium in ipso obscundi munieris ingressu, se & cœnobiũ totum B. Virgini deuouit, ac in eũ finem imaginem illius in Cathedra priorali collocauit, eique monasterij clauēs, vna cum regimine velut superiori, cuius ipsa foret vicaria, obtulit. Quod sibi pergratum fuisse ostendit Deipara; nam vigilia S. Sebastiani visibili specie in locum imaginis suæ, se Diua Virgo substituit, ac domus & illius gubernacula se suscipere declarauit.

## CAPVT III.

*Quid agendum inter vestiendum se?*

1. Solebat Virgo Maria veste simpliciori & rudiori uti, ac vestimentis, quæ ipsa gestauit, coloris natui contenta fuit, id quod

R 5 etiam-



etiamnum sanctum eius, capitis velamen ostendit.

2. Cum omni pudore & Dei adstantis reuerentia, vtpote, quæ Dominum prouidebat in conspectu suo semper, sese induebat, vt namque dixit Ambrosius, *Virgo fuit non solum corpore, sed mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum.*

3. Quam citissimè tenui vestimento suo sese induens expediebat: non calamistrabat capillos: faciem peregrino colore non ementiebatur: non fronti gemmam, hisque similia fastu mundano redundantia nullatenus obseruabat.

Ad huius igitur Matris exemplar, Confratres nostri, vbi lectulo assurgunt, cum omni pudore, & castitate sese induant: nec in veste petulantem arrogantiam & fastum, supra suum statum exquirant. Omnes enim Beatis. Virginis filij, duplicibus indu-

induuntur, sine fastu, & pompâ concinnatis.

2. Citius sese expediant, credantque Virginis Mariæ indignam esse, & degenerem prolem, quæcumque toto tempore matutino, in capillis calamistrandis, in vestibis expurgandis, in fronte & vultu artificiali colore depingendis, in manibus niueo colori assimilandis, immorantur; delicatæ sunt nimis eiusmodi personæ, nec Mariano soldatio, sed mundano annumerandæ.

3. Inter induendum cor in altum erigant, & in cœlum stolæ primæ & candidæ, id est, bonæ conscientie desideria emittât. Poteruntque vti hac directione.

Altissime Domine & Deus meus in seruitium Maiestatis tuæ diuinæ me vestio, cedit hic æstus, Domine mi, ad gloriam tuam, & me pretiosissimâ veste nuptiali gratiæ indue. Idem à te B. Virgo & Regina cœli rogo.

Insuper hæc Virgo, vbi veste super induta erat, quamprimum se orationi dabat, vel in suo oratorio, vel ad templum procedendo, vel loca sacra, vt montem Caluariæ, Oliueti &c. ingenti deuotione & silentio inuisendo.

Vbi Confratres sese habitu solito induerint, si fieri potest, diebus etiã ferialibus ad templum procedant, vel ad Ordinis oratorium, preces Deo & Virgini persolaturi.

*Li. 1.* Per plateas, nihil illiciti intueãtur, quippe vt ait Galatinus, Maria nihil vnquam illiciti aspexit, quippe cum eius membra & sensus omnes non nisi voluntati diuinæ deseruire viderentur.

Hoc adeo æmulata fuit nostra sanctimonialis Maria ab incarnatione ex Galliã oriunda, quæ ex continenti statu, Ordinis nostri assumens habitum, Carmelo dignam peregit vitam: hæc ante Religionis ingressum, cum Parisijs moraretur,

&

& indies templa repeteret, tanta modestiâ, tanto silentio, & spirituali grauitate incedebat, vt quasi ab Angelis portata, itineris aut viæ immemor, templo sisteretur: adeo vanitatis erat, & mundanæ curiositatis inexperta.

---

## CAPVT IV.

*Quid agendum Confratribus postquam induiti fuerint?*

**P**ater Suarez & alij Doctores passerunt Virginem Mariam <sup>in 3. P.</sup> post Ascensionem filij sui solitam fuisse quotidie ad templum procedere, ibique sacrum audire, quod à sancto Ioanne vel ab alio Sacerdote celebrabatur.

Nec mirum, tanto mysterio in terris interfuisse, cum etiam in cœlis degens visa sit subinde ad terram remigrare, vt illi interesset.

Sanctus Andreas Ordinis nostri, & Episcopus Felulanus, secesserat in secretiorem, & ab oppidorum tumultu remotum Monasterium, ut ibi nouellus mysta, primitias Deo, & Matri cælesti offerret: inter celebrandum affuit è vestigio Deipara, plurimis paranymphorum choris comitata, Missam audit, & postmodum suauissimè ei salutem impertiendo, ait, *seruus meus es tu, Andrea, vitis Carmelitana dilectior propago, ego elegisse, & in te gloria-*  
*bor.*

Narrat Surius de Henrico Imperatore puritatis Virgineæ imitatore eximio, cùm semel urbem ingressus de more in S. Mariæ Maioris prima nocte excubaret; stabat Christus facièdo sacro cõpositus, aderāt Diaconus S. Laurent. Subdiaconus, S. Vincentius, vnde quaque cælestiũ chororum circumfusa multitudo, inter quos Deipara media coruscabat, Introitum cecidit Angeli,  
*Susce-*

*Suscepimus Deus misericordiam tuā*  
*&c* dum verò subiungeretur, Iusti-  
 tia plena est dextera tua ; omnes  
 Christum & Beatissimam Virgi-  
 nem imitantes in Henricum digi-  
 tos extenderunt.

Post Euangelium Christus &  
 Deipara, suoque cæteri ordine li-  
 brum osculati sunt ; Angelo verò  
 missale deferenti innuit Virgo Ma-  
 ter vtillum quoque Henrico por-  
 rigeret in osculum pacis, cuius sibi  
 mirum in modum placeret Virgi-  
 nitas.

Itaque Confratres postquam in-  
 duti fuerint, modestè, vt diximus,  
 ad templum procedentes, sistant se-  
 coram altari, sacrum missæ sacrifi-  
 cium audituri.

## CAP. V.

*Quomodo se gerendum tempore  
 sacri?*

**D**ilecta Virgo, vbicūq; degeret,  
 sem-

sempiternum illud nomen ob oculos sibi contemplandum proponebat, & tantam Maieſtatem intimè venerabatur, quæ tam magnos ſubinde impetus patiebatur diuinos, vt mens mirificis ſplendoribus illuſtrata, & diuinis ardoribus æſtuans, in ſuauiſſimâ ſummi boni contemplatione quodammodo deficere videretur. *Inde ſatis aduertimus quanta cum reuerentiâ*, quanto animi zelo & ardore, quanta voluptate, quanta religione Sacroſancto miſſæ Sacrificio interfuerit; qualibus enim vnigeniti amplexibus, dum in terris degeret, aſſueta erat; tali poſtmodum animi teneritudine in eum ferebatur, dum ſub ſacrâ hoſtia velatum conſpiciebat: ex præcedenti quippe habitu ſuauiſſime operabatur, & vnigenitum licet occultum faciliſſimè internoſcebat aſſuetus amor.

Propterea Confratres ſummo ſtudio & reuerentia ſeſe cõponant  
ad

ad audienda Missarum solemnia: instar Bernardi sancti curas omnes & rei negotia ad introitum templi deponant. Deinde directionē præmittant in hunc modum.

Altissime Domine, & tu serenissima cæli Regina, ego vos laudare, vobisque pro viribus meis satisfacere peropto: omnes ad hanc laudē Creaturas conuoco, vniendo mihi affectum Angelorum & sanctorum omnium in cælo & in terra, vt vos cum ijs collaudem.

Absolutâ hac directione, maximâ quâ poterunt attentione hæc agent, vt id, quod in sacro dicitur, intelligant, & pro maxima deuotione habeant, ad ea verba attendere, eorumque affectum in se excitare, ad Maiestatem diuinam, cui Sacrificiū offertur, mentem intentam dirigētes, producendo aliquot actus amoris, fidei, spei, aliosque similes. Si verò verborum sensum non intelligant, ante omnia firmissimum fidei actum



actum eliciant; se omnino credere, verum corpus & sanguinem Christi sub speciebus panis & vini Deo in sacrificio missæ offerri.

Deinde seipsos offerant Maiestati diuinæ quatuor de causis: Primò, vt pro peccatis suis satisfaciât: 2. Vt ratione beneficiorum acceptorum grates rependant. 3. Vt beneficia ad finem vitæ æternæ perueniendum necessaria impetrent. Quartò, vt Maiestati diuinæ honorem deferant, seque cum illa vniant. Postmodum poterunt suas horas, vel Rosarium beatissimæ Virginis perlegere.

## C A P V T VI.

### *Modus recitandi Rosarium.*

**P**Ræmittant in primis directionem hanc: Beatissima Virgo & domina mea, ad gloriam Domini Dei;

Dei, tuamque rosariū legere cupio, fac, tibi serenif. Reginae coeli supplicio, vt opus inchoandum perfectè absoluam, ac Maieftati diuinæ tibi que placeam.

Deinde signantes se Cruce, ante oculos suos adstantem Beatiffimā Virginem, cum quā sermonem ſunt habituri mente concipient, & inſuper imaginabuntur ſingula Aue Maria, eſſe velut lapides pretioſos aut quæpiam alia ornamenta adſpectu pulcherrima, quæ Deiparæ offeruntur per manus Angeli ſui cuſtodis, ad texendam illi coronam, aut togam eius exornandam: velut Religioſo cuidam contigit, cui, cum ſolitum roſarij penſum in cubiculo expleret, apparuit Virgo, togam oſtentans pulcherrimam, & ait: *Viden' quo in pretio ſint ſalutationes, quas hætenus obtuliſti?* Poterunt etiam imaginari eſſe roſas fragrantès, ſicut Monacho cuidam reuelatum fuit, dum

dum eius Confrater Rosarium perlegeret, qui vidit Deiparam duobus comitatam angelis, qui rosas pulcherrimas à precantis ore excipiebant, easque capiti Reginae suae imponebant.

Poterunt etiam imaginari cum S. Gertrude singula Ave Maria, tot esse velut aureos ex thesauro cordis & oris sui Deiparae oblatos.

Modus alter Rosarium legendi erit, mysteria vite Christi & beatissimæ Virginis, mente pertractare.

*Quinque mysteria gaudiosa.*

1. Annunciatio, quando filius Dei in utero Virginis conceptus fuit.
2. Visitatio B. Virginis, quando S. Elisabetham cognatam suam inuisit.
3. Natiuitas Domini nostri Iesu Christi.
4. Præsentatio eiusdem in templo.

5. Inuentio eiusdem, quando amissus, post triduum in templo inter Doctores sedens repertus fuit.

*Quinque mysteria dolorosa.*

1. Oratio Christi in horto Oliueti.
2. Comprehensio ipsius & flagellatio.
3. Coronatio illius spinea.
4. Crucis ad montem Caluarie baiulatio.
5. Crucifixio, & mors ipsius in Cruce.

*Quinque mysteria gloriosa.*

1. Resurrectio Domini nostri Iesu Christi.
2. Ascensio in Coelos.
3. Aduentus Spiritus sancti.
4. Assumptio beatissimæ Virginis Mariæ.
5. Exaltatio ipsius super omnes Angelos, & sanctos cælestis paradisi, atque gloriosa coronatio.

Aduertant autem hæc singula mysteria pro quinque decadibus inser-

interuire: ad sextam verò repetant illud mysterium, ad quod magis se affici senserint, dum recitarent.

Modus tamen rosarium simplicissimus, & aptissimus cum maximo affectu recitandi erit, sensum proprium verborum salutationis Angelicæ obseruare. Ille namque modus mentem cum conceptibus & deuotionibus artificiosis non diuertit, quod sanè perutile ad voluntatis affectum excitandum; qui præsertim intendi debet, & non conceptuum subtilitas & inuentio, in quo nihil aliud, quam vanitas vanitatum reperitur; exquiri.

---

## C A P V T VII.

*De modo deuotè communicandi.*

**S**ANCTISSIMA Virgo in terris superstes, quotidie sacram Synaxim recipiebat. Locupletissimum huius rei testimonium perhibent, & fer-

CARMELITARVM. 407  
feruentissima ipsius pietas, atque ad  
res diuinas inexplicabilis propen-  
sio, & deuota Christianorum tum  
temporis consuetudo.

Studeant pariter Confratres, nõ  
equidem in tam frequentem (lon-  
gè namque à Virginis puritate di-  
stamus) sed in benè communicandi  
modum incumbere vt hoc idoneè  
præstent.

1. Præmittant integram & veram  
de suis peccatis confessionem, cū  
maxima animi compunctione &  
contritione, de ijs propter Deum,  
qui summè est amandus, offensum  
dolendo, cum proposito ea impo-  
sterum non committendi.

2. Cum maxima humilitate ac-  
cedant altare, hanc directionem  
præmittentes.

Domine mi amabilissime ego te  
hodie in animam & corpus re-  
cipere debeo, vellem me habere  
munditiem infinitam, vt di-  
gnum Maiestatis tuæ habitaculum  
esse

esse possem, fac Domine, vt tua gratiâ purificer, meque tibi arctissimè vniam hoc actu, quem ad gloriam tuam exercere volo, complacendo: Similiter te beatissima Virgo in Adiutricem inuoco, vt dignè Sacramentum hoc & panem vitæ, cuius receptione animæ tuæ placere desidero, sumere queam.

3. Fateantur ibi suam vilitatem, miseriam, indignitatem: exerceant actus spei & fiduciæ de milericordia Dei, & flagrans desiderium suscipiendi Christum: ac repetant sæpissimè, cum nostra sancta Matre **TERESIA**, Domine, da mihi aquam bibere, vt non sitiam in æternum.

Dum iam ad ipsam sumptionem peruentum fuerit, subsistant, nec amplius labia moueant, aut vocaliter orent, nam sic Sacerdotem impediunt, qui vix talibus sine periculo in terram decidendi sacram synaxim porrigere valet: tunc autè  
tantum

C A R M E L I T A R V M. 409  
tantùm corde precabuntur, & ma-  
ximopere se humiliabunt.

Post communionem verò, gra-  
tes rependant hospiti Deo : vnionē  
expostulent perpetuam & indisso-  
lubilem cum Deo , petant deinde  
id quod sibi est necessarium : aptis-  
simum namque tunc instituendæ  
negotiationis cum Christo est  
tempus.

*De modo in opere manuali se ex-  
ercendi.*

Ait sanctus Bonaventura, san-  
ctam Virginem, posteaquam mane <sup>6. 37.</sup>  
diuinis institisset, deinde sese opere  
externo exercuisse, & teste Sophro-  
nio ante Christi Incarnationem in  
templi recessu, in lana, in lino, in se-  
rico pro ministerio loci sacri sese  
exercuisse: à Christo autem conce-  
pto & nato Marthæ officiosæ par-  
tes exegisse illum educando, & res  
domesticas peragendo, vt scopan-  
do, cibum accommodando, lintea  
abluendo, & his similia. Vnde Ba-



ronius in Annal.anno 7. ait: inter Heliopolim, & Babyloniam medio fermè loco est balsami hortus, qui modico fonte irrigatur, in quo subinde paruuli Iesu & eius lintea lauiffe dicitur, dum in Ægypto exularet: est etiam lapis vbi eadem lintea exsiccabat.

Procreant similiter Confratres quàm maximè otium deuitare: est enim diaboli puluinar; domi aliquid operis exercent, vt diabolus inueniat eos semper occupatos.

Atque vt pauca pro singulorum statu dicamus, hac præmissa directione, (Domine Deus, ecce opus hoc meum sum aggressurus; sit ad nominis tui gloriam, & beatissimæ Virginis laudem, vobis namque per omnia illa placere sum mopere cupio) Ad negotia procedant.

Si Imperatores, Reges, Principes, Duces vel Marchiones fuerint, in suorum subditorum negotijs, vel alijs ad suum Dominium vel

**CARMELITARVM.** 411  
vel Rempublicam spectantibus  
decidendis, ordinatè occupentur,  
commitendo vultum lenem serene-  
numque præferre exterius, patienter  
& benignè eos, pauperes maxi-  
mè & afflictos audiendo, eorum-  
que causas iuxta leges iustitiæ pen-  
sitando.

Si Imperatrices, Reginae, Ducis-  
sæ, vel Marchionissæ fuerint, ad  
normam beatissimæ Virginis, quæ  
pro templi & Sacerdotum usu, vela  
& his similia elaborare consueue-  
rat, poterunt aliquid in diuinum  
cultû perficere, modo vela, nec nõ  
corporalia sacra acu pingendo, mo-  
do Deiparæ imagini de monte  
Carmelo habitum & Coronas te-  
xendo, & his similia. Quod sanè e-  
gregiè æmulatur nobilissima quæ-  
dam nostræ ætatis Principissa ad  
huc superstes, cuius ob modestiam,  
nomen subticemus, operibus enim  
eiusmodi & vitæ pietate vltro toti  
mundo proditur.

Si Aulici & nobiles fuerint, ad Principum suorum obsequia procedant, ita ut pietatis obliuio non subrepat, nec adulationis irrepat admixtio, quod Aulicorum velut faccarum esse solet, & negotijs velut dapibus inspergitur. Sed pro dolor! vix dici potest quàm sui impotentes sint Aulici otiosi, quàm inertes, garruli, detractores, inconstantes, ignaui, aliorumque vitiorum notis conspersi! cum enim studio nulli honesto seipsum destinant, ingenium perspicax, nobilitas, opesque in malorum grauium instrumenta vertuntur, & modos plurimos abutendi excogitant, aliosque bene institutos ad sua oblectamenta demulcent. Quare ipsis multum timendum est: nam suppetit eis saturitas, & accedit otium, quæ fuere Sodomorum peccata tremendo iudicio punita. Igitur Confratres nostri Aulici sic vitam instituant, ut minimè otio vacent, sed pro statu suo, vel literarijs,

rarijs vel militaribus, vel pijs exercitijs tempus à Principum suorum obsequijs immune diligenter impendant. Si Iudices, Senatores, alijq; publici Administratores fuerint Confratres nostri, occupentur in Reip. bono procurando, promo- uendo, stabiliendo: ita tamen, vt in causis expediendis nullum præbeant passionibus locum, in reis torquendis vitiosam non exercent crudelitatem, imò visitent subinde incarceratos, ijs eleemosynam erogando.

Si Aduocati & Notarij fuerint causis agendis ita occupentur, vt nullam vnquam tueantur, quàm in conscientia sua non iudicent esse iustam, nec maius quàm par sit, stipendium exigant: magna enim nimis est his temporibus mentis cæcitas, vel dixerò, prauitas in eiusmodi plurimis hominibus; heu! quibus dolis pauperes, viduas & orphanos non circumueniunt? dilata-

tiones prætexunt: instrumenta necessaria occultant, lacerant, cancellant, falsificant: vsuraria conficiunt instrumenta, & his similia. In eiusmodi exercitijs non occupentur Confratres: veniet enim tempus, quale non fuit, & subfannabit præfatos homines & ridebit Deus in interitu eorum.

Si Magistri, & Scholastici fuerint, incumbant lectioni, modo quodam pio, qui non modo ad intellectum illuminandum spectet, (hæc enim & gentes inquirunt & faciunt) sed qui etiam voluntatem ad Dei amorem excitet: quod obtinebunt etiam in naturalibus scientijs, si nimirum eas ad Dei cognitionem, amorem & gloriam dirigant, si vanam eruditionis vel ingenij ostentationem fugiant; scientia enim, quæ in animam sine spiritu Dei ingreditur, inflat, & non ædificat: si præterea in actibus publicis, & disputationibus, à nimijs conten-

tionibus, & mordacibus ac parum modestis abſtineant verbis : ſi omnium puritate viuant, nam è duobus, qui æquali ſunt ingenio, is haud dubiè melius proficit, qui purioris eſt vitæ, maximè in Theologicis, quod etiam ſecundum lucem naturalè, maximè credibile eſt.

Si Medici fuerint, in ægrotis curandis & inuiſendis ſummo cū ſpiritu procedant, nempe Chriſtum Dominum in ſingulis ægris imaginando, & conſiderando: quo fiet, vt magnam in occurrentib. morbis adhibeant diligentiam, & in ſtipendio ſuo ac ſalario exigendo, ſint diuitibus iuſti, pauperibus gratioſi.

Si Mercatores; negotijs foreniſibus circumſpecto animo vacent; ita nempe vt iuſtitie, & quæſtus temporalis debiti terminos non tranſiliant, vt in contractibus, ac ſtipulationibus ſint veraces, nec proximum circumunniant, præſertim in rebus vitiatis diuidendis,

vt sunt adulterina pecunia, frumentum corruptum, &c.

Vt cambia sicca, & vsuras omni veritate palliatas fugiant: vt abstineant monopolijs, nec non à quibusdam stipulandi formulis, quæ modicam iustitiam, vel nimiam redoleant ditescendi cupiditatem.

Si milites, & in castris fuerint, ad bellandum sese exerceant debito modo, vt nimirum ad iniustas expeditiones non pergāt, quare prius de ijs inquirent, oportet: propositū habeant; propter Dei gloriam & commune Reip. bonum pugnandi, vt suis contenti sint stipendijs; nullam cuiquam vim intendant, nec aliena diripiant, præsertim in stationibus suis: crapulam & impudicitiam remis velisque fugiant, hoc enim non tantum dedecet Confratres nostros, sed omnes Christianos contemptibiles facit, & exosos Deo & hominibus: Denique sæpius per annum confiteatur, maximè quādo  
cum

cum hoste confligendum. Si verò in ciuitatibus & præsijs interclusi morantur, alicui manuali operi incumbant, otium ludosque impios deuitent, ac in quotidianæ vitæ ratione sint circumspecti humani & comes, Duci que suo compatiantur, si subinde stipendium differat necessitate compulsus.

Si mulieres viduæ & Virgines, alicui operi honesto operam dabunt, quàm maximè vaniloquia, iurgia, & his similia euitantes: vt enim ait Anselmus: *mos erat Beatissima Virginis modica loquela inter operandum, & munda conuersationis, sine audacia, sine risu, sine turbatione, sine irâ.* Itaque inter operandum eleuent subinde cor ad Deum, suspirent in cœlum, desideria corrignandi eliciant, opusque ei offerant.

Si verò Coniugati, in ijs, quæ ad domus gubernationem, compositè & appositè occupentur, vt in



omnibus & per omnia inhabitet Christus, bonæ liberorum educationi attendant, erga inuicem magno amore ferantur, condonantes si quid subinde offensionis irrepserit, in omnibus seiplos Domesticis suis præbentes exemplum.

Ad prædictos modos sese gerat, quilibet alterius status, ab otio maximè præcauendo: est enim indignum sub matre sedula otio torpere, vt Rupertum monuit ipsa: est verò perutile sub ipsa operari, nam vt habent Chronica Cisterciensium, cum strenuè semel desudassent in metendo Religiosi, apparuit vni eorum Virgo cum vase vitreo, quod naribus suis, velut ex eo odo-

*In sp̄o  
exemp.  
d. 9.* rem captans admouebat, aiens: *hodie inuisi Religiosos meos in agro laborantes, sudoremq, eorum collegi in vase isto, ex quo odor mihi, filioq, meo gratissimus exspirat, omnia vestra mihi vindico, ego suscipio, ego suo tempore remunerabor.*

Aduertant tamen Confratres ita operi incumbendum ijs esse, vt præ oculis Deum sibi proponant, & aliquid boni pensitent, vt namque ait Petrus Damianus: *vita actiua & ser. de Nat. contemplatiua B Virginem perfectiori Dom. diligentia amliorunt, adeo vt nec actio contemplationem minueret, & contemplatio non desereret actionem.*

## CAPVT VIII.

*De refectione corporali.*

**A**Dueniente refectionis meridianæ tempore Confratres suam directionem præmittant hoc modo.

Domine Deus meus corpus meum reficere paro, te oro, da gratiam, vt sim temperans, Maiestatique tuæ hoc actu placeam. Similiter te B. Virgo, in adiutricem inuoco, vt purè hunc actum, in quo tibi placere desidero, perficiam.

Deinde ad refectionem præmittant benedictionem mensæ, quam

etiam à famulis & subditis suis obseruari curabunt: plurimi enim his temporibus in hoc abusus subingrediuntur.

Post benedictionem mensæ accumbentes, cum omni sobrietate & temperantia sese reficiant, memores B. Virginis, de quâ sic ait S. Ambrosius: *Quid, exequar, ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam, atterum supra naturam superfuisse, alterum penè ipsi natura defuisse, illic nulla intermissa tempora, hic congelminatos ieiunio dies, & si quando reficiendi successisset voluntas, cibus plerumq; obuius, qui mortem arceret, non delicias ministraret.*

Præterea nulla in comedendo auariditatis & voracitatis signa ostendant, nullam intemperatam in cibis delicatoribus ingluuiem, diues ille Epulo, qui vt ait Euangelium, *quotidie splendide epulabatur*, guttam aquæ petijt post mortem, nec ei fuit concessa: Vg epulonibus, mûdi,  
deli-

delitijs affuescunt, sed in puncto ad inferna descendentes, ô quantâ fame & siti diuexabuntur!

Non sic B. Virginis filijs agendû, quæ quondam vni ex seruis suis apparuit dicens, vis tibi aliquid singulare in mandatis tradam? stude vilibus escis affuefieri: & his dictis disparuit. Vnde illa dum in terris degeret, obsonijs ordinariè & herbis coctis vescabatur cum paruulo Iesu & sancto Iosepho.

Poterunt verò Confratres, quibus pro suo statu, delicati apponuntur cibi, subinde delictiorem partem relinquere in honorem B. Virginis & voluntariè illi sacrificare: quod egregiè præstare consueuerat Frâciscus à paruulo Iesu, ordinis nostri in Hispania Gregarius pietate & miraculis clarus, qui tametsi delictioribus cibis non utebatur, prout in nostra sacra Religione ex primitiuâ regula obseruatur, tamen id, quod sibi arridere magis depre-

deprehendebat, illud in holocaustū Virgini præsertim immolabat, cum magno spiritu; & lætitiâ incredibili.

*Quid post refectiōem agendum?*

Post grates Deo, debitè & deuotè peractas pro beneficijs collatis, poterunt Cōfratres de rebus vel spiritualibus & pijs, vel indifferentibus & iucundis colloqui: vt enim S. Brigittæ fuit reuelatum, B. Virgo cum S. Iosepho solebant, præsertim post refectiōem (vbi ab orationis & contemplationis studio feriari peropportunum est) de rebus spiritualibus & cœlestibus loqui, plurima eis arcana detegente Paruulo, & Sanctissimo D. nostro Iesu Christo. Ideo post refectiōem, à verbis inanibus, parum honestis, detractorijs, insolentibus hisque similibus serio præcaueant: quippe tunc solet natura vino incalescens laxiores protendere hebenas.

*Quid*

*Quid ad vesperum vsq; prestandum?*  
 Pomeridiano tempore suis exercitijs & operibus solitis incumbant, sicut supra monuimus, nec vllum otio permittant locum: ij verò, quibus res familiaris suppetit, nec manuali opere victum sibi suppeditare est necesse, vespertinas laudes audituri, templum repetent: Omnes tamen diebus dominicis & festiuis hoc præstabunt, præsertim verò curent eâ cuiuslibet mensis per annum Dominica, Ordinis nostri templum adire, vbi pro ijs plenaria omnium suorum peccatorum indulgètia est cōcessa, vt supra.

*Quid sub vesperum resumendum?*

Quadam vice sub vesperum in Conuentu Abulensi pijsima Virgo Maria sanctæ Matri nostræ Teresiæ in profunda oratione existenti apparuit, & se illi maxima gloria & candidissimo pallio amictam, sub quo omnes Carmeli Athletas complecti & tutari videbatur,  
 spe-

424      T H E S A V R V S  
spectandam exhibuit: vnde optimū  
erit sub vesperum, orationem quā-  
dam mentalem instituant Confra-  
tres nostri, ij nimirum quibus op-  
portunum erit.

Tunc enim cessantibus curis mū-  
danis, & cum solis occasu occiden-  
tibus negotijs externis aptior erit  
mens & purior in ijs quæ sunt spiri-  
tus & vitæ æternæ, ita vt specialiter  
tunc eos complecti & fouere videat-  
ur pijsima & cælestis mater: immo  
& desideret.

Non verò hic perscribendum  
duximus per breuem orationis mē-  
talis modum, cum super hoc abun-  
dè satis ex nostris Patribus scripse-  
rint non ita iam pridem, & ita vi-  
dere poterunt libellum R. Patris  
nostri Ioannis à Iesu Maria, nuncu-  
patum (schola orationis & contē-  
plationis) qui de nouo in parua for-  
ma, nobis hæc scribentibus in lucē  
prodijt.

Item videlicet alium libellum  
Reue-

C A R M E L I T A R V M. 425  
Reuerendi Patris nostri F. Thomæ  
à Iesu, nuncupatum (Orationis mē-  
talis via: ) Bruxellæ impressum.  
Hoc tantummodo monitos veli-  
mus Confratres nostros, vt in ora-  
tione non tam lectioni & discursi-  
bus præbeant locum, quam affecti-  
bus voluntatis eliciendis: parum e-  
nim viros oratione mentali prædi-  
tos existimamus, qui quasi totum  
tempus in discursibus & bonis con-  
ceptibus indagandis impendunt,  
vix autem in affectibus excitandis  
( in quibus orationis tota vis consi-  
stit: ) immorantur.

*Quid ante somnum peragendum?*

Post cœnam, eodem modo vt su-  
pra, instituendam & perficiendam,  
antequam lecto accumbant, per-  
breue instituunt conscientiæ examē  
de omnibus totius diei operibus &  
actionibusq; præmittant: hanc dire-  
ctionem.

Domine Deus meus, ego me ad  
examinandum conscientiam dispono,  
tu



tu igitur, qui dixisti, *accedite & illuminamini, & facies vestrae non confundentur*, da mihi gratiam partemque pro tuo beneplacito hunc actum exercendi requisitas: Idem à te postulo B. Virgo. Hoc peracto imaginabuntur se ante pedes Christi Domini, ac proinde se quammaximè humiliabunt coram eo. Deinde procedent ad examen per tria illa capita ordinaria, cogitationum, verborum, & operum quibus quarto addenda est omisio bonorum operum vel obligationum. Itaque considerabunt quales habuerint cogitationes, an superbia, invidia & alijs peccatis refertas? qualia protulerint verba, an scandalosa, detractoria, infamatoria, &c. Quibus operibus se dederint, an honestis, an bona intentione, & bono fine &c. Deinde an omiserint ea, ad quæ tenebatur? sic poterunt discurre per varia peccata, hic enim  
 maxi-

maximè licitus est discursus, cum i-  
 deo examen nuncupetur. His pera-  
 ctis deprehensis culpis doleat sum-  
 mopere de illis commissis, contri-  
 tionis actum producendo, qualis e-  
 rit; Domine peccaui, & malum co-  
 ram te feci, iniquè egi: miserere mei  
 secundum magnam misericordiam  
 tuam: dolco Domine, & summè do-  
 leo ex intimo corde, me offendisse  
 diuinam tuam Maiestaté, quia tu es  
 Deus meus & omnia, quem super  
 omnia diligo & colo: &c. Post hæc  
 firmiter proponant, ac statuunt se  
 in peccatum non relapsuros, occa-  
 sionesque deuitaturos peccandi, &  
 proximâ occasione confessuros.  
 Eliciant quoque actum spei se ob  
 infinitam Dei misericordiam & be-  
 nignitatem veniam & salutem spe-  
 rare &c. Tandem poterunt suas so-  
 litas orationes perlegere & his  
 finitis se lecto com-  
 ponere.

*Quid*

*Quid in capiendō somno obser-  
uandum?*

Cum lecto sese composuerint,  
hanc directionem faciant.

Domine, ecce corpusculo meo  
quietem & somnum sum permissu-  
rus: sit ad nominis tui gloriam, om-  
nes insidias inimici à me longe re-  
pelle, Angeli tui sancti habitēt hic,  
qui me in pace custodiant, &  
benedictio tua sit super me semper.  
Idem à te contendo ô B. Mater mea  
Maria.

*Etiam Angelo suo Custodi orationem  
dicant sequentem.*

Angele Dei, qui custos es mei,  
me tibi commissum, pietate super-  
nâ hac nocte illumina, custodi, rege  
& guberna. Super omnia verò præ-  
caueant, ne aliquid contra castitatē  
committant, vel minus honestè se  
tangendo, vel respiciendo, vel in-  
ordinato modo decumbendo, hæc  
namque Virginis prolem dedecent:  
sed honestè, decenter, sancteque  
quie-

quiescentib. benedicit illa, quã vidit S. Dominicus Religiosorũ suorũ lectos adspergentem, vni verò eorũ indecenter ( licet ex inaduertentia *In eius vi. c. 2.* qualiter fuit brachium extra lodicẽm protendere ) decumbenti benedictionis gratiam denegantem.

Nouissimè verò studeant ad exemplum Matris Virginis, cuius iuxta Ambrosium *Lib. 2. de Vir. som. 2.* cum quiesceret corpus, vigilabat animus, & iuxta Bernardinum, *que actu meritorio tendebat dormiens in Deum,* studeant inquam cũ bona & pia cogitatione somnum arripere: multum hoc interest, & vti nam maxima pars hominum id ita præstaret; sic enim multis illusionibus & motibus impudicis præcluderetur aditus.



*Sequantur Litanie de  
 NOMINE IESV, QVAS RE-  
 citando, vt supra monuimus, tre-  
 centidies Indulgentiarum acquirun-  
 tur prout patet ex bulla nostris  
 data à Sixto V.*

**K**Yrie eleison  
 Christe eleison

Kyrie eleison

Christe audi nos

Christe exaudi nos,

Pater de Cœlis Deus, miserere no-  
 bis.

Fili Redemptor mundi Deus, mi-  
 serere nobis.

Spiritus sancte Deus, miserere no-  
 bis.

Sancta Trinitas vnus Deus, misere-  
 re nobis.

Iesu Fili Dei viui miserere no-  
 bis.

Iesu potentissime, miserere no-  
 bis.

Iesu

**C A R M E L I T A R V M .****431**

**Iesu fortissime,** mi.  
**Iesu perfectissime,** mi.  
**Iesu gloriosissime,** mi.  
**Iesu mirifice,** mi.  
**Iesu iucundissime,** mi.  
**Iesu charissime,** mi.  
**Iesu clarior sole,** mi.  
**Iesu pulchrior luna,** mi.  
**Iesu splendidior stellis , miserere**  
**nobis.**

**Iesu admirabilis,** mi.  
**Iesu delectabilis,** mi.  
**Iesu honorabilis,** mi.  
**Iesu humillime,** mi.  
**Iesu pauperrime,** mi.  
**Iesu mitissime,** mi.  
**Iesu sapientissime,** mi.  
**Iesu obedientissime,** mi.  
**Iesu castissimo,** mi.  
**Iesu amator castitatis,** mi.  
**Iesu amator pacis,** mi.  
**Iesu amator noster,** mi.  
**Iesu speculum vitæ,** mi.  
**Iesu exemplar virtutum,** mi.  
**Iesu decus morum, miserere nobis.**  
**Iesu**

Iesu zelator animarum,	mis.
Iesu refugium nostrum,	mis.
Iesu Pater pauperum,	mis.
Iesu consolatio afflictorum,	mis.
Iesu thesaurus fidelium,	mis.
Iesu gemma prætiosa,	mis.
Iesu armarium perfectionis,	mis.
Iesu bone Pastor ouium,	mis.
Iesu stella maris,	miserere nobis.
Iesu lux vera.	mis.
Iesu sapientia æternâ.	mi.
Iesu bonitas infinita,	mi.
Iesu gaudium Angelorum,	mi.
Iesu Rex Patriarcharum,	mi.
Iesu inspirator Prophetarum,	mi.
Iesu Magister Apostolorum,	mi.
Iesu Doctor Euangelistarum,	mi.
Iesu fortitudo Martyrum,	mi.
Iesu lumen Confessorum,	mi.
Iesu Sponse Virginum,	mi.
Iesu corona Sanctorum omnium,	
miserere nobis.	
Propitius esto,	Parce nobis Iesu.
Propitius esto,	exaudi nos Iesu.
Ab omni malo,	libera nos Iesu.
	Ab

Ab omni peccato,	libera nos Iesu.
Ab ira tua,	libera.
Ab insidijs diaboli,	libera.
A peste, fame, & bello,	libera.
A transgressione mandatorum tuorum,	libera.
Ab incurfu omnium malorum,	libera nos Iesu.
Per incarnationem tuam,	libera.
Per natiuitatem tuam,	libera.
Per circuncisionem tuam,	liber.
Per dolores tuos,	liber.
Per flagella tua,	libera.
Per mortem tuam,	libera.
Per Resurrectionem tuam,	lib.
Per ascensionem tuam,	liber.
Per gaudia tua,	libera.
Per gloriam tuam,	libera.
Per dulcissimam, Virginem Matrem tuam,	libera.
Per intercessionem omnium sanctorum tuorum,	libera.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,	parce nobis Iesu.
	T Agnus



**Agnus Dei,** qui tollis peccata mundi, miserere nobis Iesu.

**Agnus Dei,** qui tollis peccata mundi, miserere nobis Iesu.

**Iesu** Christe audi nos.

**Iesu** Christe exaudi nos.

**Kyrie** eleyson.

**Christe** eleyson.

**Kyrie** eleyson.

**Pater noster. Ave Maria.**

**Vers.** Et ne nos inducas in tentationem.

**Resp.** Sed libera nos à malo.

**Vers.** Domine exaudi orationem meam.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Oratio.**

Deus, qui vnigenitum filium tuum constituisti humani generis Saluatorem, & Iesum vocari iussisti: concede propitius, vt cuius sanctum nomen veneramur in terris, eius quoque aspectu perfruamur in Coelis. Per eundem Dominum, &c.



Mater admirabilis,	ora.
Mater Creatoris,	ora.
Mater Saluatoris,	ora.
Virgo prudentissima,	ora.
Virgo veneranda,	ora.
Virgo prædicanda,	ora.
virgo potens,	ora.
Virgo clemens,	ora.
Virgo fidelis,	ora.
Speculum iustitiæ,	ora.
Sedes sapientiæ,	ora.
Causa nostræ lætitiæ,	ora.
Vas spirituale,	ora.
Vas honorabile,	ora.
Vas insigne deuotionis,	ora.
Rosa mystica,	ora.
Turris Dauidica,	ora.
Turris eburnea,	ora.
Domus aurea,	ora.
Fæderis arca,	ora.
Ianua Cœli,	ora.
Stella matutina,	ora.
Salus infirmorum,	ora.
Refugium peccatorum,	ora.
Consolatrix afflictorum,	ora.
Auxi-	

**CARMELITARVM.**

437

<b>Auxilium Christianorum,</b>	ora.
<b>Regina Angelorum,</b>	ora.
<b>Regina Patriarcharum,</b>	ora.
<b>Regina Prophetarum,</b>	ora.
<b>Regina Apostolorum,</b>	ora.
<b>Regina Martyrum,</b>	ora.
<b>Regina Confessorum,</b>	ora.
<b>Regina Virginum.</b>	ora.
<b>Regina sanctorum omnium.</b>	ora.

**Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.**

**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.**

**Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis.**

*Vers.* Ora pro nobis sancta Dei Genitrix,

*Resp.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*Oratio.*

Deus qui Beatiss. semper Virginis & Genitricis tuæ Mariæ singulari titulo Carmeli ordinem decorasti, concede propitius ut cuius commemorationem celebramus,

458            T H E S A V R V S  
eius muniti præsidij ad gaudia  
sempiterna peruenire mereamur.  
Qui viuis & regnas cum Deo &c.

O Domina mea sancta Maria me  
in tuam benedictam fidem ac sin-  
gularem custodiã & in sinu miseri-  
cordiæ tuæ hodie & quotidie, & in  
hora exitus mei animam meam &  
corpus meum tibi commendo, o-  
mnem spem meam, & consolatione  
meam, omnes angustias & miserias,  
vitam & finem vitæ meæ tibi com-  
mitto, vt per tuam sanctam inter-  
cessionem & per tua merita omnia  
mea dirigantur opera secundum  
tuam filijque tui voluntatem. Amē.

---

*Litania S. Ioseph Sponsi beatissima V.  
Maria approbata ab Episcopo Gan-  
densi Anno 1618.*

**K**Yrie eleison.  
Christe eleison.  
KYrie eleison.  
Christe audi nos.  
Christe exaudi nos.

**Pater**

CARMELITARVM.

439

Pater de Cœlis Deus,	mi.
Fili redemptor mundi Deus,	mi.
Spiritus S. Deus,	mi.
S. Trinitas vnus Deus,	mi.
S. Maria,	ora.
S. Dei Genitrix,	ora.
S. Virgo Virginum,	ora.
Mater Iesu,	ora. Ioan. i
Sponsa Ioseph,	ora. Mat.
S. Ioseph,	ora. i.
Sponse Mariæ,	ora. Mat. i:
Nutritie Iesu,	ora. S. Hieron. lib. aduersus Heliod.
Vir secundum cor Dei.	ora. S. Bern. Hom. 2. sup. miss.
Fidelis seruus & prudens,	Ibidem. ora.
Custos pudicitie Mariæ,	S. Damasc. orat. de orat. dormit. Virg.
Testis pudicitie Mariæ,	Basilius hom. 28. de Generat. Christi.
Adiutorium Mariæ,	simile Bernard. serm. de S. Ioseph. ora.
Comes & solatium Mariæ,	S. Hieron. in cap. 1. ora. Marth.

- D. Chris. hom. 4* Summam gratiam adeptus per Mariam. ora.
- Bern. 3* In virginitate mundissime. ora.
- ser. de S. Ioseph. Mass. 2.* In humilitate profundissime. ora.
- Ibid.* In charitate ardentissime, ora.
- Ibid.* In contemplatione altissime, ora.
- Ibid.* Qui vir iustus ipso spiritus S. testimonio comprobatus es. ora.
- Ibid.* Qui de sacro verbi incarnati mysterio coelitus edoctus es, ora.
- Luc. 2.* Qui in Bethleem cum Maria desponsata tibi vxore pręgnante profectus es, ora.
- Ibid.* Qui locum non inueniens in diuersorio ad stabulum diuertisti, ora pro nobis.
- Ibid.* Qui Christo nascenti positoque in præsepio adesse meruisti. ora.
- Ibid.* Qui Christo circumciso nomen eius Iesum nominasti. ora.
- Ibid.* Qui puerum Iesum cum Maria in templo domino præsentasti. ora.
- Mass. 2.* Qui Angeli monitu accepto puero & matre eius in Ægyptum fugisti, ora.
- Qui

CARMELITARVM. 447

Qui defuncto Herode cum puero *Ibid.*  
& matre eius in terram Israel  
rediisti, ora.

Qui remanentem puerum Iesum in *Luc. 2.*  
Hierusalem cum Maria matre  
eius dolens quaeristi. ora.

Qui post triduum sedentem illum *Ibid.*  
in medio Doctorum gaudens in-  
uenisti, ora.

Qui Dominum dominatum tibi in *Ibid.*  
terris subditum habuisti. ora.

Cuius laus est in Euangelio vir Ma- *Mat. 9*  
riae, de qua natus est Iesus. ora.

Aduocate noster, adiuua nos S. Io-  
seph.

Patrone noster, adiuua nos S. Ioseph.

In omnibus nostris angustijs. adiu.

In hora mortis nostrae, adiuua.

Per aeternam praeelectionem tuam,  
adiuua.

Per celsissimam dispensationem  
tuam, adiuua.

Per omnes labores & sudores tuos,  
adiuua.

Per omnes virtutes tuas, adiuua.



Per omnia merita tua, ort.

Per omnem beatitudinem tuam,  
adiuua.

Clientes tui, Te rogamus audi nos.  
Vt à Iesu dilecto tuo peccatorum  
nostrorum veniam deprecari di-  
gneris. Te rogamus.

Vt omnibus Virginibus & incor-  
ruptis castimoniam tuam impe-  
trare digneris, Te rogamus audi  
nos.

Vt coniugibus omnibus potum im-  
maculatum & sanctam concor-  
diam exorare digneris, Te roga-  
mus audi nos.

Vt omnibus patribus familias in  
Christiana liberorum suorum e-  
ducatione opitulari digneris, Te.

Vt sodalitates omnes peculiari tibi  
obsequio deuotas tuo fauore  
prosequi digneris. Te rog.

Vt omnes de tuo patrocinio confi-  
dentes semper & vbique prote-  
gere digneris. Te rogamus audi  
nos.

Vt

CARMELITARVM. 443.

Vt omnibus fidelibus defunctis in-  
tercessiuis tuæ suffragio succur-  
rere digneris, Te rog.

Sponse Mariæ, Te rog.

Nutritic Iesu, Te rog.

Agnus Dei qui &c. parce nobis  
Domine.

Agnus Dei, &c. Exaudi nos Do-  
mine.

Agnus Dei, &c. miserere nobis  
Iesu.

Iesu Christe audi nos.

Iesu Christe exaudi.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

*Antiphona.*

Iesu fili Dauid noli timere ac-  
cipere Mariam coniugem tuam  
quod enim in ea natum est de spiri-  
tu S. est.

*Vers.* Ora pro nobis S. P. Ioseph.

*Resp.* Vt digni efficiamur promiss-  
sionibus Christi.

Omnipotens & mitissime Deus  
 qui beatum Ioseph iustum filium  
 David beatæ Mariæ Virgini tuæ  
 matri sponsum præuidisti & tuum  
 nutritium elegisti, da quæsumus  
 vt eius precibus & meritis Eccle-  
 sia tua tranquilla pace læretur, &  
 ad perpetuæ visionis tuæ consol-  
 ationem perducatur. Qui uiuis &  
 regnans cum Deo patre in unitate  
 spiritus sancti Deus. Per omnia sæ-  
 cula seculorum. Amen.

Non ab re futurum duximus  
 subiungere hic testimonium graue  
 S. Matris Theresiæ erga cultum S.  
 Ioseph, cui specialissimè fuit deu-  
 ta cum in uiuis esset. Sic igitur ha-  
 bet.

In patronum verò & Dominum  
 selegi gloriosum virum S. Iosephū  
 eiusq; patrociniò me vnicè cõmen-  
 dabam liquido deinde perspexi,  
 sanctum hunc Patrem & Dominū  
 meum tam ab hac me necessitate,  
 quam alijs maioribus in quibus de  
 animæ

animæ meæ & honore, & perditione agebatur, liberasse, fidque maiori meo bono, quam eum rogare potuissem. Non memini me aliquid ab eo hæcenus petijse, cuius me compotem non reddiderit. Et verò admirationem merentur magna illa beneficia & gratiæ quæ gloriosi huius viri intercessione mihi Dominus concessit, necnon pericula tam corporis quam animæ, à quibus me liberauit: Nam alijs sanctis gratiam Deus dedisse videtur, vt in vna necessitate, inuocantibus se. opitulentur; sed hunc gloriosum virum ego experta sum; in qualibet necessitate adiuuare & adesse. Ad eo vt Dominus nobis indicare velle videatur; quod quemadmodum illi in terra viuenti subditus fuit, (nam sicut Pater illius dictus fuit, cum nutritius eius & sustentator esset, ita & imperare pro iure suo illi potuit) sic ei existenti in Cælo nihil eorum quæ petierit denegeret.

Quod etiam alij nonnulli, quibus, ut ei se commendaret suaseram, re ipsa experti sunt. Vnde iam plurimi sunt, qui singulari quodam affectu erga eum feruntur. Hoc porro verum esse ipsa rursus in illis experta sum. Omni, qua mihi possibile erat, solemnitate & pompa festum eius celebrare procurabam, esto vanitate plenior essem, quã spiritu, quod euperem omnia quam curiosissime & elegantissime fieri, tamen si bona ad hoc intentione mouerer: nã hoc ipsa mali habebã quod si cuius boni agendi mihi Dominus gratiã daret, id plenum imperfectionib. foret, & in multis deficeret, contra in malo perpetrando & curiositate vanitateque adimplenda solertissima essem, ac diligentissima. Ignoscat mihi Deus: persuadere omnib. omnino vellem, ut mirificè erga gloriosum hunc virum afficerentur, quod sæpius experta sim varia illum bona & gratias à Deo obtinere. Nemi-

nem

nem inquam, noui qui cum verè & ex animo illi deuotus foret, & particularibus quibusdam obsequijs eum coleret, non plus per eius opem visus sit in virtute profecisse: mirum enim in modum illos, vt in ea proficiant, iuuat, quĩ ei se commendant. Iam aliquot si benè memori elapsi sunt anni, quibus semper diè eius festo, aliquod ab eo donum posco, & semper id mihi datum fuisse comperio; & si fortè petitio mea vsquequaquerecta non sit, ipse eam ad maius meum bonum dirigit, & re-ctificat. Si essem quæ aliquam ad-scribendum auctoritatem haberem, quam libentissimè me in beneficijs, quæ gloriosus hic vir tam mihi quam alijs personis est elargitus, singillatim enarrandis effunderem. Verum ne præscriptos mihi à superioribus scribendi terminos transgrediar, & plura quam iussa sim faciam,

in

in multis futura sum breuior quam quidem vellem, in alijs quam necesse sit, diffusior, vtpote quæ in omni eo, quod bonum est parum discretionis habeo. Hoc solum ex amore Dei peto, vt quisquis mihi dicenti non credet, experiri velit; & reipla & experienciâ sentiet quantum sequatur boni ex eo, quod glorioso huic Patriarchæ se quis commēdet, & cū particulari aliquo obsequio colat, speciatim illi qui orationis studio tenentur, semper eū Patronum deligere deberent, & erga eum affici.

*Antiphona.*

Christi pia gratia sanctos substatuit quos B. Virginis ordo propagauit, nos eorum meritis petimus adiuuari, atque suis precibus Deo commendari.

*Vers.* Sancti tui Domine benedicent te.

*Resp.*

*Resp.* Gloriam Regni tui dicent & potentiam tuam loquentur.

*Oratio.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui montis Carmeli ordinem gloriosæ Virginis Matris Mariæ sacro titulo insignitum, sanctorum tuorum Patris nostri Eliæ, & Elisei Prophetarum, Angeli, & Anastasij Martyrum, Cyrilli & Alberti Confessorum, Euphrasie, & Euphrosinæ Virginum, atque aliorum plurimorum sanctorum meritis decorasti, & per sanctam Virginem Theresiam mirabiliter instaurasti: tribue nobis quæsumus, vt per eorum merita & suffragia ad te peruenire valeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

*Deuotio ad S. Virginem Theresiam.*

Misericordias tuas cantabit tibi, Domine in æternum beata Virgo Theresia, & in seculum seculi veritates quibus illuminasti eam.

*Vers.*



*Vers.* Dominus possedit me.

*Resp.* Et protexit me sub vmbra alarum suarum.

*Oratio.*

Deus qui dedisti beatæ Therese Virginitatæ, non solum vt magna sanctitate & mira eruditionis gratia floureret, sed etiam vt plurimorum mater esset & Magistra filiorum ac filiarum: præsta quæsumus, vt eius, in qua te mirabilem præbuidisti, precibus & meritis adiuuemur. Per Dominum Nost.

*Oratio Thomæ Valdensis Carmelita  
Theologi celeberrimi, quâ petitur à  
Deo in fide & bonis operibus  
perseuerantia  
danum.*

Da mihi Domine, sine errore immaculatam tibi seruare fidem: & iuxta fidem digna esse opera mea, vt fidem rectam opere prauo non polluam: & te quem bene credendo

**C**ARMELITARVM. 452  
do confiteor , male viuendo non  
denegé: & te quem strenue fide se-  
quor, negligentix operibus non of-  
fendam. Fac me in sancto conuer-  
santem proposito, sequi iustitiam,  
diligere misericordiam, amare ve-  
ritatem, refutare mendacium, fal-  
sum nihil meditari vel loqui. Te  
indefinenter timere, te amare, te di-  
ligere, tua præcepta seruare. Addi-  
mus & quicquid in Ecclesia per  
magistros eius de fide Sacramen-  
torum & cæterorum sacrorum nor-  
ma sentire iussisti, hoc plena fide &  
deuotione pinguisima suscipiam  
ab eo non deficiam, donec in te ip-  
sum perueniam; qui es omnium so-  
lemnitatum & obseruantia-  
rum nostrarum  
finis.

**A M E N.**

*Omnia*

*ma S. Romana Ec  
lesia & Doctiorum  
iudicio submit  
to.*



**Ad maiorem Dei & B. Virgini  
Mariæ Carmelitarum Pa-  
tronæ gloriam &  
honorem, A-  
men.**

## E R R A T A.

Folio 1. *minerua*, lege *Minerua*. fol. 6. *antecedant*: l. *antecedat*. *ibid.* *Carmelitici ordinis*, l. *monastici instituti*: *ibid.* *Sixti IV.* l. *Sixtus IV.* f. f. 9. *Carmelitz.* l. *Carmelitz*. *ib.* *propriissime*. l. *propriissime*. f. 16. 1290. l. 1200. f. 17. *cōtecraneos*: l. cōtecraneos. f. 19. 1616. l. 1216. f. 39. *inētis*. l. *multis*. *ib.* *Hic* l. *his* f. 48. *ipsam* l. *ipsum*. f. 50. *dicēdū* l. *dicere*. *ib.* *noster pater*, adde *Thomas*. f. 51. *possimus*: l. *possumus*. f. 52. *probalissimum*. l. *probabilissimum*. f. 53. *comproberur*. l. *probatum*. f. 61. *miranda*: l. *Miranda*. f. 73. *degeneram*: l. *degerem*. f. 74. *colit*. l. *coluit*. *ib.* *virtum*: l. *virtutum*. f. 81. *primo*: l. *sexto*. f. 90. *crebescunt*. l. *crebescunt*. f. 93. *est parte*. *Lex parte*. f. 99. *efficit*: *leg.* *efficis*: f. 108. à *superiores* l. à *superioribus*. f. 116. *attendenda*: l. *attendenda*. f. 124. *præsens*: l. *præsentit*. fol. 128. *vt*: l. &. f. 134. *conueniter*: *leg.* *conuenienter*. f. 146. *asseuerat*. *leg.* *assueuerat*. f. 150. *sclopetorum*: adde à. fol. 168. *caput xiv.* l. *xvii*. f. 169. *intelliguntur*. l. *intelligatur*. f. 180. *qui virginio*: l. *qui cum virgineo*. f. 183. *dicerentur*: l. *dicuntur*. f. 199. *Caput xiv.* l. *xix*. f. 202. *patitur*. *leg.* *patiatur*. f. 206. *admittit*: l. *admittant*. *ib.* *caput xv.* l. *xx*. f. 221. *Φαλαῶν*: *Φιλαῶν*. f. 202. *testate*: l. *testata*. f. 233. *si sciatur*. l. *si neicitur*. *ibid.* *non*, *abundat*. *ib.* *domibus*; adde assignentur. f. 234. *Roma*: l. *Romamis*. f. 235. *fratrem*, *leg.* *fratres*. f. 264. *Leo xi.* l. *x*. f. 275. *aliorum*: l. *aliarum*. fol. 278. *parcam*: l. *parca*. f. 324. *ardua abundat*. fol. 330. *proximus propter illum*, *abundat*. f. 343. *agene*: l. *lagene*. fol. 355. *ē*. l. &. f. 361. *status*: l. *statuo*. f. 403. *supplicio*: l. *supplicio*. f. 416. *circumuniant*. l. *circumueniant*. f. 420. *delicatoribus*. l. *delicatoribus*. f. 422. *hebenas*: l. *habenas*.

*Alia Beneuolus Lector facile corriget.*